



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Montææ
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891




Th. 2536.


K


1

u









I

V

A

M

FR
For

—

IACOBI BIDERMANI

E Societate IESV

VBALDINVS

SIVE

De Vita & Indole

ANTONII MARIÆ

VBALDINI

VRBINATIS,

MONTEÆ COMITIS,

BREVIARIUM.

Editio XI.

Superiorum permissu.


FRIBV RGI BRISGOIÆ.

Formis Joannis Iacobi Böcklerj

Sumptibus Speckneri. J. M.

M. DC. LXII.

Socijs Iesv



ILLVSTRISSIMI
SANGVINIS,
LECTISSIMÆQVE
INDOLIS

SEMINARII
ROMANI
CONVICTORIBVS

Iacobus Bidermanus.

V BALDINVM ego ve-
strum, ab hinc quadri-
ennio, non ANIMIS
quidem ereptum, tamen OCULIS
certè subductum, ad vos
postliminio reduco: ut inter
quos vitam ille sanctissimè fi-
nit, ad eosdem hospes rediri-
uus diuertat. Reliquius, inq. a:

A 2

Neque

Necq; enim viuere vos eum ne-
gabitis, quem de VIRTUTE vi-
uentibus exemplis loquentem
hic audietis. Et VESTRVM il-
le se non immerito credit. A-
gnoscit suos adhuc lares; agno-
scit conmiliones; meminitq;
virtutis cunabula in illo sibi
domicilio fuisse; quod hodie vos
ill. stri non genere magis quã
indole exornatis. Gaudebat ibi
iam tum ANTONIVS, cum è
numero vestro quosdam aspi-
ceret, quos ad præclara duces
auctoresq; sequeretur. Neque
nunc parcius triumphat; dum
respiciens, alios ibidem videt,
æquis passibus ad ardua con-
niti, laudemq; veram in ijs tẽ-
vestigijs quærere, in quibus ip-
so suam se meminit inuẽnisse.
Hac alacres ire porro, hac per-
gere pergite, Generosa pubes,
O præ-

¶ præcuntem in hoc curriculo ANTONIVM non assequi & tergo solùm, sed æmulo etiam cursu præuerrere, quantis potestis viribus laborare. Eadem vobis adolescentia, pares sunt anni: & nulla est ætas ad virtutis agonem immatura. Sinite nouum hoc de vobis Elogium audiamus. IN ATHENAEO ROMANO PLVRES VOS VBALDINOS EXCITASSE: vti nos dum vnum describimus, multo superesse, qui describantur, videamus. Quae quidem in re, sentio, quàm longè nostras historici partes, vos antecellatis. Nam VBALDINVM nos vestrum calamo solo minioq; pingamus: vos eundem nobis, MORVM penicillo, viuissq; coloribus exprimetis. Valete, atque adolesci-

te Nobilis corona: lictique spes
illas, in quas pr. geniti estis,
Et omnia Romæ Reip̄ publicæ
vota quamuis immodica, su-
perate. E Collegio Romano
Societatis IESV V. Idus Iulias
1633.



DE

DE VITA
ET INDOLE
ANTONII MARCI
VBALDINI.

I. Vbaldini genus.

VBALDINI suas origi-
nes in Sicambris habuere:
inter Principes ibi famili-
as clari. Sed bellis postea ciuili-
bus, quæ Vitellium & Othonem
commisere, in Italiam tracti, ni-
hilo, quàm domi, mansere ob-
scuriores: vbi & copijs aucti, per
Hetruriam longè tunc latèque
imperarunt. Denique in Um-
bria confederunt: accisis quidem
maiorum fortunis; posterorum
tamen aut facta dignitate, aut
belli gloria, paucis etiamdum

8 V I T A

secundi. Ab his noster hic prodijt ANTONIVS MARIA VBALDINVS, quo de scribimus: natus in agro Pisarenfi; loco, quem hodie Montem Vieinum appellant: Patre Vbalдино, nobili dynasta, & castelli eius toparcha, viro illustri, Mater fuit Fulvia Sergarda, oriunda Senis, lectissima fœmina: cuius gentilis nobilitas cum primoribus Romani nominis, per crebras affinitates, coaluit. Natalis puero dies auspiciatum verni ieiunij principium fuit; cùm annus à millesimo numeraretur sexcentessimus vndecimus.

II. Infantia.

PArtus cetera lætus, hoc vno parentum gaudia minsebat: quod puerum longè prouicturum indicia negabant, ea cor-

po-

VBALDINI. 9

poris erat habitudo, membro-
rūmque paruitas, etiā in in-
fante, admiranda. Inde metus,
ne nisi properarent, inter ma-
nus, prius extingueretur, quā
aquis ablui salutaribus posset.
Profuit, timuisse. Nam eō ma-
turius puer (plurculos alioquin
dies, ex more, differendus) in
Christi nomen fidēque con-
cessit. Post igitur, quā à Fri-
derico Grillo, loci Curione, pri-
uatis in ædibus, Christo fuit ini-
tiatus; in paucis diebus contigit,
vt insperato valescere puer, grā-
descerēq; cæperit, & exilia mem-
bra ad suam quæque magnitu-
dinem, gratulante natura, pro-
perare. Tum ea demum, quæ
prius in sacris legitimis omiſſa
fuerant, ritè publicèque sunt in-
staurata. Sed exercendus iam à

teneris erat VBALDINVS,
vt duris olim fortibusque affue-
sceret. Mos enim, qui apud ma-
tronas nobiles inoleuit, vt pasce-
re liberos, insitiuo lactis alimē-
to, quam suo, pleræque malint,
apud VBALDINI quoque pa-
rentes, præpotuit: & proinde
mater, detrectato nutritionis
munere, infantem aliorsum de-
dit. Quod & ipsum tamen suc-
cessu caruit: quando breuii post,
arefacto prorsus extinctoq; fon-
te, puerum etiam nutrix desti-
tuit. Sic ille bis abdicatus, iam
ante à matre, mox iterum à nu-
trice; necesse postremo habuit
ad pecudis alituram transire, &
mensibus aliquam multis, facta
capellæ vbera sollicitare. Hac
lactis alieni annonâ dum pre-
cariò victitat; superueniens for-
tè qua-

VBALDINI. II

tè quadam mater, paruulum
conspicatur: inque vlnas subla-
tum, & fascijs aliquamdiù solu-
tum, circumgestat. Non abusus
ea brachiorum libertate infans,
cæpit voce, quâ licuit, gestire; si-
mul oculos; simul manus quan-
to potuit conatu in cælum su-
stollere; & totus in eo se gaudio
oblectare: Deum disertè appel-
laturus, si fari per ætatem, lin-
guæ vincula permisissent, Ad-
uertit ea res matrem, neque ex
vsu ceterorum infantium fieri
visa, apud multos omen habuit,
vt aliquid futuri expectarent.

III. Pueritia.

Non multis post annis, puero
quàm infanti iam propior,
cæpit ipse, quid animo versaret,
expromere. Nam vt primùm

copia fuit, institit domi sacella
 moliri, aràsque concinnè strue-
 re; atque illuc flores, & quicquid
 ornati suppetebat, aggerere. Ne-
 que hæc facere habuit satis, nî ad
 aræ deinde pegma creber ipse
 procumbaret, & ibidem paruu-
 la vota, precésq; suavi cum sen-
 su funditaret. Quibus studijs vt-
 cunque defunctus, mox ad libel-
 los litterásque ferebatur: & quã-
 quam harum rudis, tractare ta-
 men ac versare, vt si maximè
 calleret, perseuerabat. Quæ ple-
 raque si VRALDINO, cum æ-
 qualibus communia fuere; istud
 certè non æquè ad ceterorum
 morem mediúmque habuit: quòd
 eum aiunt, ita iam tum compo-
 sitis moribus fuisse, vt adhuc e-
 phebulus, grauitate virum, ac,
 prope dixerim, senem, represen-
 taret.

tan
 ret
 rat
 ma
 ser
 len
 ser
 un
 di
 et
 re
 rij
 nu
 co
 ter
 co
 di
 po
 mo
 qu
 du
 riu

VBALDINI. 13

taret. Neque enim ultra cunas,
 retinenda sibi crepundia duxe-
 rat; sed ijs, quæ apud pueros pri-
 ma habentur, maturè relicta, ad
 seria confestim & magna appel-
 lendum animum esse. Inde cum
 senioribus iungi, & ab æquali-
 um cætu, qua locus permitteret,
 diuertere, voluptas erat. Quo fa-
 ctum est sæpe, vt, cum apud pa-
 rentem viros videret graues, se-
 rijs de rebus differentes, non te-
 nuerit se, quin omnibus omissis,
 eodem accurrere, & ibi, si res pa-
 teretur, attentissimè auscultare
 contenderet: gauisus à viris au-
 dire, quæ prodesse etiam puero
 possent. Id autem augebat ea
 modestia, vt facilè appareret,
 quàm audiendi discendiq; aui-
 dus erat, tam esse linguæ verbo-
 rumque parcum. Nam medita-
 ta se.

ta ferè erant, quæ percontanti-
bus alijs respondebat. Quod ip-
sum, sicut omnibus admiratio-
ni; ita multis acutiùs tuentibus,
argumento fuit, cur omnia sibi
summa de puero, si adolesceret,
non vani pollicerentur.

IV. Pueritiæ studia.

IAm interea, ne per otium ætas
hebesceret, tēpus omne, quod
precibus supererat, inter hone-
stas, annisque congruentes exer-
citationes, ita diuidebat, vt pri-
mam ferè operam in litteris dis-
cendis poneret. Quippe ea de re
magistrum pater domesticum
alebant, à quo ipse, & frater ger-
manus ipso maior, ad Gramma-
ticen instituerentur. Vbi sanè
compertum est, omnem eius
magistri ductum nutumque V-

BAL-

VBALDINI. 15

BALDINO pro imperio fuisse.
In secundis curis Musicen habu-
it; liberalem disciplinam, nisi
quà mollibus argumentis infra-
cta, per artis iniuriam effæmi-
natur. Sed puer oderat hæc au-
rium probra, eoque passus est
nunquam, aniles sibi nænias, ac
multò minimè Sirenum illece-
bras occentari; quòd animus sa-
cris tantùm piisque modulis ca-
piebatur. Vltimum ei studium
fuit venatio. Nam à puerili qui-
dem ludicro, quale id cumq; fo-
ret, abhorrens, hac sola, sicut in-
noxie, ità & iucundè sese obla-
ctabat; atque id eâ peritiâ, pro-
pè vt esse puerum negares. Quã
venandi voluptatem, mox apud
suos ingeniosè obtentui habuit;
quoties turbis aliter subducere
se, solidumve diem ieiunus exi-
gere

gere, sine arbitro nequibat.

V. Virtutis ieiunia.

AB vltima confestim pueritia, ferio cum animo suo statuit, subductis quotidie calculis, quid in legem diuinam offendisset: tenerè secum expendere. Tum verò, quasi qui reus ad magni Iudicis tribunal sisteretur, delicti sui veniam orare; & crebrâ proin, cùm tempus monebat, exhomologesi lustrari quin adeo, nullum inde diem eximium transire, quo septem pœnitentium psalmos placando numinis non recitaret. In hanc consuetudinem in reffus, sensit continuo, cœptis suis propitios Cœlites adesse. Nam oborta animo lux, abditas cœli mœces. virtutisq; non ante visam pulchritudinem, detexit.

re
C
tu
de
re
an
op
an
vt
tui
ho
hæ
ni
tur
cur
qua
tan
no
neq
qua
VI.
A

VBALDINI. 17

rexit. Sed oculos prima omniū
Castitas rapuit: cui⁹ amore cap-
tus Antonius, id sedulo operam
dedit, vt eius cum primis poti-
retur. Nec nescius tamen quos
ambire in re difficili patronos
oporteret, magnæ Virgini se eti-
am atque etiam commendat: &
vt voti per eam damnetur, insti-
tuit omnes Saturni dies, in eius
honorem, ieiunus transigere: ad
hæc, præces horarias, quæ Virgi-
ni eidem ritu publico nuncupā-
tur, diebus singulis integras per-
currere, Quod ille consilium
quàm piè sanctèque concepit,
tam constantè annis deinceps
nouem, ad vltima vitæ retinuit:
neque in ea, sciens volens vn-
quam refellit.

VI. Erga Eucharistiam amor.

ANnus ætatis duodecimus sub-
erat,

erat, cum desiderium inuasit, piū
& vehemens, ad epulum Eucha-
risticum accumbendi, obstabat
desiderio Pater, cui properare,
in re magna, non placebat. Is
enim, quamquam celeres in filio
progressus, eximiè probaret; ta-
m n̄ætatem adhuc, his consilijs,
immaturam suspectabat; Qua-
re, vt ea se cura absoluat, viro
pio iuxta ac docto negotium
dat, qui sensa Antonij penitus
exploret; secūmque quid fieri
decenter in ea re possit, ex æquo
bonoque statuatur. Hic, cum in
Antonio matura iam omnia de-
prehendisset, censuit; non r̄ etē
neque ordine facturos, qui pueri
æquissima postulata porro mo-
rarentur. Gaudis Viri iudicio
Pater; filium ipse ad cæl̄ste il-
lud conuiuium primus omnium
dedu-

de
sē
pr
fil
sei
ub
aff
tus
vt
li
ea
ter
ia
qu
qu
pa
lic
ha
vt
du
tar
bu

de lucit; vnaque vterque religio-
 sè accumbunt. At puer gustata
 primum ea ambrosia, totus ex-
 filire; & inter suauissimos sensus
 seipse non capere se in gaudio ex-
 uberante, in lacrimas tenerrimi
 affectus abire. Qui animi habi-
 tus ei postmodum æternus fuit,
 vt quoties inter sacra, vel sustol-
 li diuinam hostiam videret; vel
 eam ipse, mensuris saltem in-
 teruallis contingeret, à lacrimis,
 iam sponte sua cadentibus, nun-
 quam potuerit temperare. Quæ
 quidem animi tenerritudo, cum
 patrem quoque aduertisset; sol-
 licitum rursus habuit, ne sensiles
 hæ deliciæ puero imponerent:
 vt ea propter monendum sibi
 duxerit; Videret, an oculorum
 tam vberes riui, ab animi fonti-
 bus verè scaturirent? Nam alias
 qui-

quidem origines, magno mero-
que inani redundare.

VII. In Ieiunijs rigor.

INterim ipse quo quondam, ob
has cæli voluptates, gratior ad-
uersus Deum esset; solitus eo die
semper est, aliud, præter cibarij
panis buccam nihil sumere; ci-
bo autem reliquo sic abstinere,
vt eum ipse omnem, cum bona
parentum venia ad pauperes de-
ferret. Et per familiaris hæc ei
abstinentia fuit, etiam alijs die-
bus: quibus sæpe solebat cum in
speciem caussari aliquid posset,
mensæ paternæ se subdicere, &
quasi seorsim pransurus, aqua
pura, panemq; victitare, aut præ-
texta venatione (quod supra do-
cuimus) in noctem vsque im-
pransus durare lætus, hoc com-
mento, simul & suas cupiditates
fre-

fre
fes
de
be
cib
qu
reg
stic
mu
di
qu
ade
eta
me
face
gor
tab
re p
mu
retu
E

fregisse, & arbitros, quàm fas erat, fefellisset. Cetetum ne domi quidem, cum inter suos puer discumberet, aut multi, aut exquisiti cibi erat: sed aspernatus ferè, si quid in dapibus lautum, aut peregrinum saperet; plebeis, ac rusticis insuescere. vescique communibus malebat. Quæ Viuendi ratio, tametsi nesciebant alijs quò pertineret; tamen illi iam aded tum animus huc prospexitabat, vt ab eiusmodi experimentis, aliquod sui periculum faceret; & ad religiosæ vitæ rigorem (qualem omnino meditabatur,) his rudimentis mature præluderet; dum ad arma demum decretoria corpus firmaretur. ☉

VIII. In verberibus feruor.

Eodem consilio, pleraque illi

corporis commoda fastidita:
 grauia contrà, & aspera in amo-
 re habita; vt quibus totis adoles-
 cere virtus insuerit; mollibus, &
 iucundæ præfocanda. Hinc nū-
 quam passus, famulos sua sibi
 seruitia deferre, neque hieme
 summa, foculum (qui nobilium
 mos est) supponi, lectulique ni-
 dum in tuso calore occupari: re-
 putans, hæc aut ægri corporis
 esse solatia, aut effæminati con-
 uitia. Idcirco talibus desuescere,
 tantò antè, quàm vsus posceret,
 cupiebat: ne olim ipsa eorum
 consuetudo, in naturæ pertina-
 ciam proficeret. Sed longè se ip-
 so seuerior, ac propè dixerim,
 sæuior apparebat; quoties ada-
 ctis in terga verberibus tonare;
 aut latera cinctu ferreo, & im-
 pressis arctè muricibus placuit

vrge.

vrge
 qu
 cer
 inf
 atq
 esse
 am

O
 gila
 obu
 gna
 acci
 In c
 tior
 dict
 me
 ma
 bicu
 vsu
 mi

urgere. Tum enim, haud aliter,
quam si obnoxium hoicem ma-
ceraret, suasque iniurias armis
infestus vlcisceretur, insurgere;
atque ad hoc semper ingeniosus
esse, qui corpori, nihil dum eti-
am commérito, faceret ægrè.

IX. A feminis horror.

Oculos idem cum aliàs sem-
per, tum verò in primis vi-
gilatè cautèque gerebat, quum
obuiam alicubi fæminæ erant:
gnarus quàm facilè is sensus ad
accipiendam iniuriam pateret.
In congressu deinde, aut allocu-
tione, multò adiuic parcior. E-
dicto puerili (sed cui pondus ta-
men esset) palàm vetuit, ne qua
mætris pedisequa, pedem in cu-
biculum suum inferret. Quod si
vsu venisset, vt appellatus à fæ-
mina defugere officium honestè

non posset; tum paucis ea, quæ
 visum est, & vultu tetrico, voce-
 que graui ac seria. respondebat:
 ratus, haud paulo præstabilius
 fore, si id loci, subagresti inge-
 nio, & infestiuo esse diceretur;
 quàm vt blandiori flexu ad ictū
 se nudaret. Hæc morum ratio
 Antonio constitit, quo ad domi-
 suæ in parentum ore, oculisque
 puer, & in virtutum studio ti-
 runculus, vixit. Quo tamen ti-
 rocinio, non obscure prodidit,
 quid esset prouectior ætas, si qua
 contingeret, exhibitura.

X. *Profectio Romana.*

Maturauerat inter hæc paul-
 latim Antonius; & adole-
 scentis indolis, etiam foris spe-
 ctanda, Romam destinabatur.
 Accingitur itineri; & quò secu-
 rior Urbem petat, pater ipse

(pro

VBALDINI. 25

(pro tenero in filium talem amore) comitem illi se, duce m̄q; adiungit. Qui tamen comitatus, patri paulo post, prope funestus, (certè quidem periculi non immunis) fuit. Dum in equis, vterque sui securi, præter Adriæ litus, vehuntur; ecce tibi, æstu se acrius incitante, sim il ventis decumanos fluctus, cientibus, mare dicto citius per sabulum latè effunditur; occupatòque omni spatio, patris equum, equitemq; superobruit: & iumentum, siue consternatum metu, siue ruentis undæ violentâ deiectum, procumbit; Hic subito, quod nusquam ex undis iam extaret, conclamare famuli, iamque vi fluctuum abreptos, tractosque in mare, vociferari. Simul Antonius, viso discrimine, trepidè, &

B

quan-

quanto potuit sensu, Iesu nomē
opemque elatis clamoribus, vo-
care. Ab ea voce (res mira usu)
punctum temporis nullum in-
tercessit, cum insperato, in pedes
erigitur equus: captoque impe-
tu per obstantes undas elucta-
tus, patrem in sicco saluum so-
spitemque sistit. Gratulatus est
Numini hanc suam salutem pa-
ter: & ratus, in ea trepidatione
haud nihil innocentes Antonij
preces valuisse, cum eodem de
via secessit, vt vna Davidis Psal-
mos, à pænitentia in scriptos, ob-
depulsam capitis discrimen, al-
ternis gratulabundi incinerent.

XI. Digressio Lauretana.

Secundum hæc Antonio per-
commodè cecidit, quod pater
de via Lauretum diuertere, atq;

ibi

ibi V
vener
cile c
ad a
Dei v
mira
inuis
mult
hic co
sephi
vnu
bant:
se ita
ranti
us, se
esse v
cursu
ues &
cere f
ingre
quam
rum A

VBALDINI. 27

ibi Virginis natale domicilium
venerari decreffet. Itaque diffi-
cile creditu est, quo animi sensu,
ad ædem illam, tot impressis
Dei vestigijs, tot cæli naturæque
miraculis beatam, adolescens
inuiserit; Confertim vbique
multa, hîc Gabrielis salutantis,
hîc concipientis Virginis, hîc Io-
sephi gratulantis, monimenta,
vnum omnia in locum conflue-
bant: & intuentem, singula ad
se ita rapiabant, vt patri prope-
ranti, non abducendus inde fili-
us, sed prope iam diuellendus
esse videretur; quo coepti itineris
cursum tenere; cæloque iam ni-
ues & frigora meditati, subdu-
cere se possent. Urbem denique
ingressus, prius nihil habuit,
quàm vt principem orbis terra-
rum Antistitem, Christi Vicari-

um adiret, osculoque sacris pedibus affixo, ad auspicanda litterarum studia, (nam eò venerat) cum bonis omnibus se conferret. Delectatus indole Pontifex, gratum dixit se habiturum, si pro eo, quam res posceret, virtutes adolescens litterasque amplecteretur. Ita compellatum Pontifex, inter preces lætæque omnia dimisit.

XII. Ad Seminariū aduentus.

Romæ, ut in Vrbe urbium amplissima sanctissimæque, varia sunt æquè adolescentum, ac studiorum instituta Seminaria; quæ suis quæque legibus, moderatoribûsque, alia alijs reguntur; magno omnia rei publicæ bono. In his non incelebre habetur illud, quod, quia ingenua

nua
nob
ing
ne
tur.
Ies
nis
ad
tub
vt
mil
ple
mi
tis
alijs
est,
vt
ad
ex
syn
stici
ani

VBALDINI. 29

nua pube Romanæ exteræque nobilitatis est frequens; Floretq; ingenijs, ac disciplinis, agnomine singulari, Romanum vocatur. Eius procuratio Societati IESV, permiffa. Numerus omnis (& sunt adolefcentes, sæpe ad feſquicentum) in decem contubernia familiasve tributus; fic, vt æquales vbique ſocientur; Familia ſuus cuique præfectus; & pleraque alia, loco vſique diſcriminata. Erudiuntur in Societatis Athenæo publicè omnes. Alij alijs litteris, vt cuiusque aut ætas eſt, aut captus. Domi priuatim, vt inter ſe claſſibus iuncti ſunt, ad ſua quique ſtudia, cum cura exercentur; aſſignatis ei opri ſynergis, alteris quaſi & domeſticis magiſtris. Tum ne minor animi, quàm ceterorum ſit cura;

quatuor ibi vigent Partheniæ
 fodalitatis gymnasia: quorum
 plurimus hic labor: bellum cum
 vitijs gerere, & dictis factisque,
 veluti classico, ad virtutem vo-
 care. His iterum suæ, cuique le-
 ges & iura, sui seorsim clientes,
 & palestræ; magno ad honesta-
 tem tuendam adiumento. Qui
 vniuersæ tot capitum familiæ
 moderatur, Rectorem vocant.
 Igitur Vbaldini, quem diximus,
 parens, vt hunc sibi locum ad fi-
 lij studia delegit, Rectorem adit;
 eiusque fidei Antoniũ Mariam
 Vbaldinum permittit: pollici-
 tus, facilem, ac nisi se fallat, om-
 nia morigerum fore. Monstra-
 to dein, quid illo fieri præterea
 velit, ab Vrbe discedit.

XIII. In Seminariũ ingressus.

AT Antonius, adhuc domi
 suæ

sua
 Sen
 feli
 gra
 fat
 tur
 tar
 ris
 sua
 ter
 Po
 nit
 à q
 ger
 dus
 que
 se f
 pol
 pre
 nio
 da
 & e

VBALDINI. 31

suæ, simul deuotum se Romano Seminario intellexit, sibi noua felicitate, velut cælo delapsa gratulabatur. Et tametsi nondû satis, quibus ibi legibus viueretur, singillatim rescierat: magnis tamen, puer perspicax, coniecturis iam præceperat, locum, vitæ suæ rationibus, longè quam paternas ædes fore opportuniorè. Post igitur quam in Urbem venit, per complusculos dies, quid à quouis in Seminario, rectè ageretur, coram, velut contabundus sollertèrque explorabat; atque inde, quid, quantumque à se fieri id loci clam palàmque posset, disquirebat. Denique deprehendit; cum præcepta opinionès locum locique commoda pulchrè omnia consentire, & occasionem sibi abundè fore,

ad seruitutem Deo, etiam inter
litteras seruiendam. Sed quan-
quam ipse litterarum negligens
non fuit, (quippe qui in eo de-
cursu numeros boni discipuli
omnes sic impleuit, vt impera-
tum scholæ pensum primus
omnium pendere; silentij rigo-
rem propè Samia religione, ser-
uare; & iussa doctoris ad nutum
facere, cum omnium admira-
tione studuerit) mihi tamen
consilium hic non est adolescē-
tiam ERVDITAM, sed PIAM
duntaxat, probamque expin-
gere. Et nim, sicut facile dede-
ro, habuisse, Antonium haud
nullos, quibus palmam in eru-
ditionis ludo, concederet; ita
plurimi fuere, quorum ipse, in
ducenda virtutis pompa, chora-
gus, me certè iudices, potuit ha-
berit.

ben
ian

I
r
qu
fel
ad
feci
mi
tere
age
loq
vell
no
occ
pri
alij
sim
feri
pra

beri: Quod ex ijs, quæ narrare
iam nunc ingredior, palam fiet.

XIV. Orandi Consilium.

INitium narrationis mihi erit
ratio studiumque orandi: à
quo ille principio, ut ego accepi
feliciter exorsus breui mirificos,
ad reliquas virtutum progressus
fecit. Etenim cum in ceteris Se-
minarij bonis, etiam hoc suppe-
tere sibi commodum sensisset, ut
agendi cum viris Religiosis, col-
loquendique copiam, quantam
vellet domi quotidie haberet;
non est passus elabi de manibus
occasionem; sed captato quam
primum congressu, alia cepit ex
alijs prudenter quæritare, ac sen-
sim eo deuoluere orationem, ut
feriò percontaretur, quænam
præcipue via ducere adolescen-

tem rectà ad perfectionis adyta
 posset ? Cùm responsum haud
 absurdè fuisset, compendiarium
 videri eam, quæ precibus creber-
 rimis inst. rneretur : id ipse con-
 silium gestiens, oraculi vicem,
 accepit: & exinde firmum fixū-
 que animo fuit, operum quan-
 tam maximam porro posset,
 quotidie precibus nauare. Eaque
 propter, cùm ex veteri instituto
 diurnus illi labor, septem pæni-
 tentium psalmi fuissent; cumq;
 stas Virgini preces velut ex of-
 ficio; constanter soluisset; hoc
 illis recens auctarium adiecit, uti
 & senas Partheniæ coronæ de-
 cadas, & plures hoc genus pre-
 candi formas attentè, pièq; pro-
 nuntiaret: utque negotio nulli
 prius manum adnoueret, quàm
 de genibus Deo supplicasset: neu
 domo

VBALDINI. 35

domo denique aut cubiculo pedem foras efferret, nisi sui custodiam (qua tum egere se cum primis sciebat) per idoneas preces caelitibus commendasset.

XV. Precandi studium.

EXigunt Seminarij leges, ut adolescentes, aequè cum cubitu surrexere, ac Vespere cubitum concessuri, partem horæ, aut gratijs Deo soluendis, aut deprecandis noxijs impendant: & praecunte cubiculi praefecto, conceptas preces unà omnes clarè pronuntient. Antonius cetera, cum leges iuberent, nusquam postremus; hinc se etiam ipso prior, excitatiorq; tempus occupare; & in loco semper submissis genibus, dum alij super alios venirent, praestolari; ità quidem

composito corpore, vt nullo interim fulcro nixus ; sed os oculosq; aut humi modestè, aut in obiectæ crucis imaginè, piè defixus, signum expectaret. Oculos enim senferat, nisi vis adderetur, animo duces esse ad euagandum; & plerumque tumultuari mentem, cum sua sensibus quies abesset. Qua ex re, hunc ferè fructum adolescens referebat, vt precum tempore, cælestibus delicijs inundatus, ardere semper videretur, atque maioribus in dies voluptatibus captus, non permetteret, ne hilum quidem præscripti temporis de studio tam diuino interire. Suae tamen illi præter cetera fuit, quoties effundere se latissimè in laudes Matris Virginis, eique operam præstare officij horarij

CUIR

cum sodalibus licuit. Quos ipsos siquà officio defuisse comperisset, aderat in tempore, seque illis commodè ingerebat; & quò p̄sum intermissum ipsi libentins conficerent, suum vltro cum illis integrè repetebat.

XVI. Meditandi institutum.

HOc tali studio, cum Antonius diù se multùmque approbasset, visus alijs peridoneus est, qui paullatim ab his vulgi rudimentis ad altiùs orandi genus duceretur. Id sibi negotium sumfit | Pater ille, quem Antonio præfectum præfides dedere. Franciscus ei Lanfrancus nomē: Iam cum Indiæ candidatus; nec multo post, ad Aethiopas Christo afferendos, cum socijs dimissus. Ab hoc vt fortè per colloqui-

quium didicit adolescens; esse mortal's hodieque multos; qui, vt maius operæ suæ precium faciant, non solis precibus, quas, (quod ore proferantur) Vocales nominamus; sed longè imperius, meditandis diuinis, animū consuerint exercere. Atque hinc nimirum tam admirabiles illorum fructus existere, vt sui potentes, ad nullam animi perturbationem patere; sed vitiorum securi, ad summa virtutum euadere, quasi per plana, videantur. Neque abs re facturum Antonium, si ad ceteras preces adeò propensus, huius quoque studij partem sibi capesseret. Ille, qui de hac exercitatione, ad eum diē nihil audisset, vt commodū præfectus finierat, illicò iustare, atque auidè, vt rei tam diuinæ

mo

mod
tur,
prie
se pa
cis d
tand
nobi
quit
mod
am n
habu
poste
que
sui, d
magi
argui
tioni
spon
cto so
die so
ne, ol
excip.

VBALDINI. 39

modum methodumque edoceatur, petere: nec finem orandi prius facere, quam obsecuturum se pater annuisset. Quare in paucis diebus affectus, eam meditando rationem, quam sanctus nobis Ignatius, eximiam reliquit, omnem conquiritè, non modò tenuit, sed eius omnes etiam numeros partesque ita pensi habuit, ut latum inde vnguem postea nunquam declinarit: iamque aded, inter prima tirocinij sui, ductor aliis ad eam rem esse, magisterque potuerit. Sub nocte argumentum decretæ meditationi idoneum aut ipse sibi disponere, aut traditum à Præfeto solerte, ter expendere, quotidie solebat; inq; ea præparatione, obrepentem oculis somnum excipere. Tum autem, ut primū
dilu-

diluculasset, instituti memor, strato se, prius multò quam lege iubebatur, corripere; ac ne destinata commentatio teperet, custodia sensus omnes acriter munire; vt intra lectuli velum plerumque abstrusus, tumultuantibus curis præcluderet accessum.

XVII. Meditantis solatia.

IN hac animi quiete, magnam vim lacrimarum solitus est fundere; quoties cū animo suo, hinc impensa Dei beneficia, hinc mortalium admissa scelera, reputabat. Sed nusquam nec vberius animam hi imbres, neque suauis irrigabant, quàm vbi materies, & argumentum suberat, quo Christi patientis dolores meditati subiicerentur. Enim vero tum ille, quantus quātusque

tusque
proc
man
lem
quic
mol
voti
ado
ipfa
mul
um
rum
ne,
ræ c
tior
feri
esse
seue
som
nod
per
quā

VBALDINI. 41

tusque erat, ardescere; & lacrimæ prodigus, sanguinem ipsum animamque imitandi desiderio, vilem habere: certè autem, quicquid asperum in Vita perpeffuq; molestum esset, id ebullientibus votis appetere. Quod quidem adolescentis desiderium, & res ipsa mox docuit, & nos haud multò post monstrabimus, ferium fuisse. Ceterum in hac rerum celestium contemplatione, profestis quidem diebus, horæ dimidium, (quod scholæ rationes plus ei non permitterent) feriatis autem, quod otij tunc esset, abundè, solidas horas perseverabat. Nec rarò accidit, vt à somno experrectus, magnam noctis partem in hac palæstra peruigilaret; miratus identidem, quæ homines dementia capti, tan-

tantas cælitū illecebras & multa, fluxis auderent voluptatibus post habere; & fastiditis opibus, mentem magno inani pascere?

XVIII. Trium desideria Rerum.

SE interim quoad vitam hanc mortalem degeret, trium præcipuè rerum alebat usu delectari; præ quibus omnia sibi cetera sorderent. Sciscitantibus, quænam & cuiusmodi essent hæc respondit esse: Si vel in turba non nisi de Deo diuinisque loqui; vel solus, assiduè cum Deo colloqui; vel vbi demum foret, **DEVM** suum de Cruce suspensum contèplari perpetuò fineretur. Quæ tria si ad satietatem vsque suppetenterent, eam verò haud cubiam votorum suorum metam fore. Atque ab hac origine manauit

eius

eius
vt,
rem
les
soci
uini
rum
tum
tibu
solu
duce
ad
effu
hum
crim
niter
tend
inter
stor
clam
obs
volu

VBALDINI. 43

eius hæc perpetua consuetudo; ut, quo tempore per colloquia remittere animum inter æquales licebat, nunquam alijs ferè se sociarit, quam quos crederet, diuinis de rebus esse locuturos. Eorum si quando copia non erat, tum alijs interim aut pila ludentibus, aut agentibus circulos, ipse solus in angulum aliquò se subducebat; vbi sine arbitro, tuos ad Deum affectus laxatis frenis effunderet. Et repererunt aliàs humi abiectum, cum totus in lacrimas diffuisset: aliàs genibus nitentem, cum læua crucē prætenderet; aliàs oculis in cælum intentis, & pugno sæuiente pectora ferientem. Quæ omnia clamò sic peragebat, ut inter eà obseruatum se nesciens, securis voluptatibus frueretur.

XIX.

XIX. *Repentina mæstitia.*

A Ssuæfactus iam ad hos cæli
 blandientis perpetuos risus,
 ignorabat adolescens, quæ eius-
 dem facies foret, si qua rugas o-
 lim obducere, frontemq; capis-
 set ostendere. Quare, quod ani-
 mus valescere plerumque non
 solet, dum per secunda plus æ-
 quo prouehitur, aduersis inex-
 pertus: idcirco, quo & Antonij
 virtus inter solida maturesceret,
 deducendū consolationis mul-
 sum aliquandiu erat; indolēsque
 seuerius habenda. Eius mutatio-
 nis hæc ferè initia exstiterè. De-
 creuerat fortè vitam omnem ab
 vltima infantia, cum quanta
 maxima cura posset, relegere: vt
 inspectis rationibus, si q̄ à no-
 mina pur in paterno lare fecis-
 set, eaper homologesin omnia

tem

tempe
 pus ac
 liber à
 dies a
 cum a
 obtin
 in cub
 solerte
 malè
 cipia
 nubes
 pestat
 pere a
 mere
 cæpta
 ipse v
 spe du
 vt tric
 neret
 velit,
 uendi
 adicif

V B A L D I N I. 45

a. tempestiuè dispungeret. Sed o-
 cæli pus ad eam rem secessu erat; vbi
 ifus, liber à turbis, seuerè in se ipse per
 eiuf. dies aliquot inquireret. Quod
 is o. cum à loci præfidè haud ægrè
 epif. obtinuisset; exorsus est seorsim
 ani. in cubiculo, rei, quæ parabatur,
 non solertem operam nauare. Nec
 is æ. malè cessant aliquò vsq; prin-
 nex. cipia; dum subortæ paullatim
 conij. nubes, in haud vulgarem tem-
 eret, pestatem erupere. Nam obstre-
 mul. pere animo mille tædia, & fre-
 s. que mere cogitationes; omitteret
 atio. cæpta, nunquam ad exitum, què
 De. ipse vellet, perducèda. Qua enim
 m ab spe duraturum se credere? certè
 anta vt triduo cursum pertinaci ste-
 re: vt neret; inuictibus denique, nolit
 no. velit, concessurum; & quam vi-
 fecif. uendi consuetudinem odiosè iã
 nniã adicisceret, illico desiturum cum
 tem. mul.

multorum risu esse. Magis eam
 insisteret viam, qua incedere tot
 nobiles videret æquales suos.
 Etiam illis ad cælum iter esse;
 paulò fortassè longinquius;
 certè autem planiùs multò, mol-
 liusq; ac illud sit, quod ipse bre-
 uius quidem, sed per confragosa
 abruptaq;, nullius exemplo mo-
 liretur. Ad hæc, indigna multa
 quotidie commissurum, si in in-
 cepto pergeret; multa passurum,
 quæ omnia quondam, aut ge-
 neris splendorem infuscarent;
 aut vires corporis, annosq; nul-
 lo digno operæ precio infringe-
 rent.

XX. *Quæ sita remedia.*

HÆc talia quamuis haud ne-
 sciret Antonius, quibus au-
 ctoribus suggererentur; atq; idèd
 flocci crederet esse pendenda:
 obtur-

obtu
 tam
 est fe
 sebar
 remo
 quar
 stia v
 tendi
 impa
 vind
 Ita
 noct
 fiduè
 rund
 stis e
 pe so
 berat
 auter
 ter fr
 dum,
 tinac
 tum,

VBALDINI. 47

obturbabant tamen, & placitam animi quietem (qua nihil est ferè tenerius) molestè laceſcebant. Idcirco violentis vsurus remedijs, id anxie studebat, vt quam celerrimè ab ea se molestia vindicaret. Neque vitio vertendum tironi putabat; si moræ impatiens, ad suauitatis amissæ vindicias ardentius properaret. Ita nudis asseribus totas cæpit noctes incumbere, tergumq; affiduè flagris, crudelem in modum tundere: & cum oblatraret hostis eò impudentius, horam prope solidam, ab accerrima diuerberatione nunquam cessare. Tū autem, per illos ipsos dies præter frigida potum panemq; aridum, vinctus reliquus omnis, pertinaci inedia, reiectus; Et speratum, hac demum arte componitur.

turbelas animi posse, si mutatis corpus iniurijs vrgere perseuerasset. Irrita consilia. Et in eo tamen rigore progressus per imprudentiam vltra fuerat: ni obstinatum adolescentis ieiunium praeses in tempore stitisset. Qui forte quadam exeuntem è triclinio, & à macie plus æquo pallidum vt conspexit; illicò redire, & instaurato prandio, quæ ei fercula rursus apponerentur, sumere omnia, pro imperio coëgit.

XXI. Reuersa solatia.

DEiectus hac sua spe, cum videret tenere se propositum, vt instituerat, non posse; paruit quidem imperanti; sed simul vt in cubiculum è triclinio rediit, prostratus ad Christi pendentis imaginem humi, nihil detr

turum

turum
quicq
contia
pro n
cteret
tam a
sed in
omni
velle.
tiam
set; ex
le) o
ues he
tionu
quilla
tempo
stans f
ille de
toties
tia, qu
berent
gni seg

atis turum se porro promisit; quin,
 ue- quicquid odiosum ingratumque
 eo contingeret id ob eius amorem,
 im- pro melle nectaréque comple-
 ob- cteretur. Ceterum in proposito
 um tam arduo nihil se sibi sumere;
 Qui sed in Deo nixum, promittere
 icli- omnia prolixissimè & posse, &
 alli- velle. Quæ cum in hanc senten-
 dire, tiam animo ingenti constituif-
 æ ei set; exinde sensit (dictu mirabi-
 , su- le) omnes hostium vires ener-
 coë- ues hebescere: & fractas cogita-
 tionum procellas in mentis trā-
 quillæ malaciam verti. Ita parui
 a vi- temperis experimentum, con-
 um, stans frenitas excepit; vt quoties
 aruit ille dehinc precibus se dederet,
 ul vt toties ad illum optata cæli sola-
 edijt, tia, quasi pacto quodam, dela-
 entis berentur; Iacturâque prior infi-
 cta- gni sepe est sanore compensata.

C

XXII.

XXII. *Abſtinentia.*

Quam aſperam domi ſuæ vitam victumque Antonius amarit; quidque aliud ibi, non Spartanè, ſed Chriſtianè egerit, ſeorſim docuimus ſuprà. Nunc ab eius in Seminarium ingreſſu aucta in maius, intentaque omnia: neque primæ conſuetudini mutatum aliud; quàm quæ veterum exercitationũ ſtudia nouiſſimè quotidie rigores intendere. Ideo non viſum ſuprà repetere: datum hoc honori magnæ Virginiſſimæ fuiſſe, vt omni eius peruigilio, æquè ac omni ſabbatho, ſtatutum ſibi ieiunium aqua ſola panem neque condiret; & agrè adducere potuiſſe, vt ſub vltimos vite diſſipatulo vini frigidam finem temperari: certè quoad in Seminario prouixit, Veneris die

mo

mo
 per
 inſi
 pra
 hab
 tan
 qua
 ti
 Cer
 nio
 rieb
 niu
 ret
 lau
 pal
 ha
 tur
 dur
 bat
 guſ
 iam
 me

VBALDINI. 51

morienti Christo luctuosum,
per omnes anni hebdomadas; ita
insuper coluit, ut ferculū, quod
prandij totius, aut cænæ, caput
habebatur, intactum semper,
tametsi famelicus, reliquerit; id
quantulumcumq; studium pa-
tienti Numini gratificaturus.
Ceteris quoque diebus peringen-
niosè modos alios ex alijs repe-
riabat, quibus clanculo suum ge-
nium, in esu potūque defrauda-
ret; Nam & eos ferè cibos, quos
lautiusculè condites, allubescere
palato senserat, aspernabatur:
hand aliter, ac si refugiente na-
tura, fastidiret: & mensæ inter-
dum cum alijs assidens, contine-
bat se, ne quid esculenti prius de-
gustaret, quàm de cana propè
iam finita surgeretur; tum su-
mere demum aliquid, simul in-
cepta-

ceptabat ferè, ac desinebat. Interdum vitato dexterè triclinio, dabat negotium contubernali, vt panis ambefi crustulum è cæna reliquijs, sibi clam seponeret. Atque eo dein apophoreto, velut epulis saliaribus, iucundè vescabatur. Oblatos anni fructus, quiqui essent, cum aliàs rarò parcèque attingere; tum præsertim eorum primitias, nunquam sibi volebat capere; sed vt erant, illibatas, auètori Deo, omnes remittere. Vini modicus, ac propè abstemius; præcauere se intestini belli dissidia dicebat, atque indidem pugnas, quas liquor ille conciret: ea propter affusus, non plus tribus quatuorvè meri guttulis, sitim aqua ferè pura puta coërcebat.

VBALDINI. 53

XXIII. Cilicia & Cing' la.

Nihilo minor ceteris in reb⁹,
quàm in ieiunijs, rigor te-
nuit; cuius ipse neque somnum
adeò passus est esse immunem.
Ter hebdomade quavis, super
duros rudésque asseres insuevit
acquiescere; reliquis noctibus,
informes ligni stipites, aut libros
grandiusculos, capiti puluinum
substernebat; eo quidem positus;
vt incumbenti, haud multò plus
quietis, quàm doloris gignere-
tur. Latera nuda setosis funibus
constringere iam ludus erat, nisi
aculeis etiam ferratis, & ahenis
muricibus asperarentur. Et istis
quidem tunc impensius sæuie-
bat, cum aut foras ambulandum
feriat's diebus aut lautioribus
accumbendum epulis, præuide-
ret. Ea nimirum tempora, quòd

C ; / infi-

infidijs essent opportuna, arctioribus censuit excubijs munienda. Intumuerant ex casu genua, lectoq; affixum retinebant; Nihilominus ut primum excipere se pedibus valuit, (quanquam neque tumor adhuc, nec dolor resedisset) per sublimium scalarum difficiles gradus, reptando genibus, sæpè enitebatur; eo solum, ut à quæsitis cruciatibus corpus nunquã integrè vacaret.

XXIV. Flagella.

CÆterum si vsquam alibi seuerus, certè in voluntaria sui verberatione cum primis fuit; qua noctibus alternis, donec vltima ægritudo obnuntiaret, corpus omne lacerare perseverauit; vsus eam ad rem (quod supra ostensum) aut nodosis funibus, quos prius intextis radijs, ha-

han
gen
dol
ber
lan
ple
qua
pro
res
fur
fan
vul
gn
fec
dul
pri
pro
ni
nu
fuj
po
his

ha-

hamisq; ferreis armasset; aut rige-
 gente catena, quam ipse sibi ad
 dolores ciendos, haud rudis fa-
 ber, confecisset. Et hanc corporis
 lanicnam, per horę quadrantem
 plerumque; ad semissam sæpè;
 quandoque ad horę mensuram
 producebat; tanto connisu, vt vi-
 res interposita quiete fuerint re-
 sumendæ; Inde magna vis effusi
 sanguinis: eaq; corpori inflicta
 vulnera, quæ post obitum ma-
 gno numero inuenta, indicium
 fecere dissimulati doloris. Nec
 dubitavit Angelus Bagnarea,
 primi nominis medicus, disertè
 pronuntiare; acceleratam Anto-
 nio mortem, ab eo tam conti-
 nuo cruciatu fuisse, quo se ipse
 supra quàm credi de adolescente
 potuisset, assiduè macerarit. In
 his exercitationibus, id sollerter

apprimè cauebat: ne sui ostentator, magnis laboribus, plus vani, quàm lucri colligeret, si in ore oculisque hominum gesta hæc vellet. Quocirca noctu plerumque cùm obdormisse socij crederentur, secessum ad hæc studia captabat; quanquam ne sic quidem fefellit, quin multos, flagrorum crepitu excitos, arcani sui testes, insciens imprudensque aduocaret.

XXV. Animi interiora.

V Erùm vt hætenus de mandato corpori premendoq; incubuit; ita haud paulò maiores curas, ad animi naturæque frenandos impetus, conuertit. Nam vbi paternis edibus egressus, versari inrer exteros cæpit, (non omnes ad modum eundem, ingeniumque factus) aperuere se
 quæ-

quæ
 nun
 nes:
 nim
 offe
 tum
 & n
 erar
 ret,
 poss
 nor
 reti
 si q
 mat
 do c
 mu
 mu
 pri
 fibr
 defi
 etia

VBALDINI. 57

quædam morbi latentis indicia, nunquam antea, dum occasiones aberant, animaduersa. Etenim si qui eum temere, vti fit, offendissent, non vindicabat ille tum quidem; efferuescere tamé, & moueri se non dissimulabat; erantq; in promptu, ni reprimeret, dicta acria, quibus iniuriæ possent arceri. Tum autem honoris, paullo quàm expediret, retinentior, dolere se sentiebat, si quæ forte splendor, & existimatio tangeretur. Hæc ægritudo cum adolescentem, vti diximus, vexaret: videretq; ipse animum ex miserijs requiescere prius non posse, quàm morbi fibras penitus euulsisset; in eo desudandum sibi etiam atque etiam duxit.

XXVI. *Iracundia domita.*

ET iracundiam certe generosa violentia breui compressit; cum sibi nullam, ne leuissimi quidem errati gratiam faceret; sed simul verbulum aliquod imprudenti, per subitos calores, excidisset; continuo poenam a se ipse posceret; frontemque aut ora, qua parte deliquisset, vindice pugno castigaret: Addidit alterum istud, in hac palaestra palmarium; & quo nihil ad triumphandos iracundiae motus, potuisset validius: ut videlicet, eos ipsos, a quorum ingenio diffidebat, vltro requirere, usque dare se, & eorundem alloquio peramicè, quamquam abhorrente sensu, inserere studeret. Tum, qui iactato forte conuitio, aut alia re graues, per
 iniu-

iniu
 gen
 sign
 lis a
 lau
 sup
 am

XX

D

ren
 cor
 vio
 ani
 etu
 ced
 sed
 pre
 rat
 pre
 sta

iniuriam, fuisset; eos vero, ingenuè sincerèque diligere, nec signis quibus amor proditur vllis abstinere: vsque eò etiam, vt lautiora, quæ de cibo sibi ipse super mensam deduxisset, illis amanter suggereret.

XXVII. *Mansuetudinis exēpla.*

Die quodam euenit, vt nullo suo merito laceffitus, de ferenda, quam acceperat, iniuria, compressiùs aliquanto secum, violentiùsque dimicaret. Sensit animi luctantis indicia Præfectus; veritusq; ne perturbationi cederet, adolescentem è turba seducit; & consilium vt sibi per preces capiat, monet. Obtemperat alacer monenti; concipit preces. Inde animo ex tempestatibus in tranquillum redu-

Atque, ad eum qui læserat, illicò
 recurrit: & humi genibus aduo-
 lutus veniam, ceu læsisset ipse,
 inter amicissimos complexus
 petit. Ab alio pugnis non sanè
 humaniter acceptus, substitit,
 nihilo commotior; & fabulari
 cum eodem, velut amicissimo,
 perrexit: animo vultuque tam
 tranquillo, vt crederes beneficio
 conciliatum. At alter eò tum
 excandescere magis, quo nostrū
 videbat placabiliorem: atq; ite-
 rum verba, iterum pugnos, in
 innocentem ingerere. Quo to-
 to tempore Antonius precarīs
 habitu, & gratias agentis iur-
 etis inter se manibus, omnia pa-
 tientissime excipiebat. Idipsum
 & aliàs factitare semper vidi-
 mus; vt renidente vultu sustinu-
 erit, cum olim immerentem a-

lij si.

lij si
 hac
 ver
 nè l
 qui
 eius
 tis c
 tum
 qua
 neu
 go
 mit
 ing
 iur
 abu
 tis l
 tio
 dur
 arm
 citi
 rim

VBALDINI. 61

lij super alios, pilæ in modum
hac illac truderent, aut dictis
vernilibus, audientem inurba-
nè lacefferent. Par animi tran-
quillitas aderat, si quan-
do ipsa eius beneficia talibus hostimen-
tis compensabantur. Documen-
tum in sodali dedit: cui post-
quam mutuos olim numos be-
nevolè concessisset, eosque lon-
go post interuallo vtendos co-
mittere reposceret; ab homine
ingrato, nihil sanè argenti; sed
iurgij tamen, & conuitij retulit
abundè. Quam iste iniuriam sa-
tis habuit alto æternoque silen-
tio vlcisci. Eam ob rem miran-
dum adeo non fuit, si talibus
armis VBALDINVS, opinione
citiùs, cum ira (affectuum teter-
rimo) debellauit.

XXVIII. Gloriæ cupiditas victa.

Secundùm hæc, aggressus est gloriae cupidinem pro virili retundere; motum animi potentem, & quem dubium sit, blandiorem ne dicas, an sentias pertinaciorẽ; certè, qui omnium affectuum, vt veteres censuere, nouissimus exuatur. Huic expugnando, tales admouit arietes, vt intra paucos dies, sui despicientiam apud omnes, non ferre modo fortiter, sed prouocare etiam, atque adedè ambire insuerit. Inde extenuare sua plerumque & sæpè pauperem se ipse in colloquijs dicere. Idque cum verè persuasum alijs esse videret, impendio lætior, totus triumphare: tum porro si fortè pro deridiculo in circulis traduceretur, auscultare vltro, suisque inu-

ini
qu
lau
rie
qu
for
ma
ad
cin
ter
for
du
du
spi
lit
&
me
ali

S
de

VBALDINI. 63

iniurijs applaudere libentius,
quam alius, si ambitiosissime
laudaretur. Ac ne deesset mate-
ries, à qua ludos se ipse faceret;
quoties capilli excreuerant, ton-
fore utebatur inæquali; cùm hoc
mandato; vt strictim vsque, &
ad cutim; datâque opera incon-
cinnè, rusticèque attonderet. In-
terdum ipse, non expectato ton-
foris officio, occupauit propen-
dulos crines, deformem in mo-
dum adurere; aut quâ parte con-
spicui omnibus erant, inæqua-
liter, ad sui ludibrium tondere,
& cum hoc formæ dehonestâ-
mento, in publicum ridendus
alijs prodire;

XXIX. *Laus extenuata.*

SEc hæc virtutum documenta
quanquam insignia, non eo-
dem omnium sensu accepta.

Qui-

Quibus enim quisque imbuti moribus erant, eò trahebant. Fuere, qui vultuosi toruìque mordaciùs incesserent. Atque his ille se, multò quàm alijs libentiùs, crebriùsque immiscebat; quæstum fecisse deputans, si cùm sui contemptu reiectus, ab ijs discessisset. Alij contra, in admirationem, & laudes effusi, mores, ac patientiam, ex vero suspiciebant. Sed horum laudibus immotus, omnia sic eleuabat; vt decipi eos vehementer diceret; quod ingenij sui torporem, ac nescio quam ignauiam, falsi pro virtute interpretarentur. Aliud iudicaturos, si oculis abdita animi paterent: nam externam faciem multis imponere: resque etiam mortuas, animari colore; & de formia quæque

que
posse
pud
potu
duli
senti
ne c

S
n
ei pe
cent
etur
atqu
circu
tinet
doce
mor
cont
à lea
tula
per

VBALDINI. 65

que exornari fūco in speci-
m posse. Verūm hæc Antonius a-
pud prudentes, nunquam ita
potuit extenuare, vt idcirco cre-
duli sententiam mutarent; quā
sentiebant hac ipsa extenuatio-
ne confirmari.

XXX. *Peccati fuga.*

S Imul ac per ætatem vti ratio-
ne licuit, nihil in vita charius
ei pensiusque fuit, quā inno-
centiæ tuendæ cura. Cuius ne ia-
cturam alicubi faceret, vigilatè
atque attentè momenta omnia
circumspectabat. Neque hîc at-
tinet, argumenta colligere, quæ
doceant, eum obiecta culpæ
mortiferæ vmbra exterritum,
continudò refugissè; quando etiā
à leuibus noxis, quæ labem quā-
tulamcumque afferrent, sic sem-
per abhorruit vt studuerit ob-
serua-

seruatè earum nullam sciens volensque admittere; sed vel longinquas occasiones, quæ eò ducerent, prouidenter vitare. Quæ eadem cura, etiam dum puer, veri amans, omnem mendacij speciem, veluti pestilentiaë pforam (præ vt ætas ea vulgò solet) refugit: arbitratus, non vulgari supplicio dignos, quibus suisque deique sit, immortale numen etiam leuibus (vti vocant) piaculis, temerè offendisse: & contra reputando, non carituros eximia voluptatis sensu, qui, etiam hoc genus noxas exosi, displicere metuissent. Eaque propter, vt quicquid auspicabatur, maturè secum expendebat, an id omne cum Dei voluntate congrueret? quicquid secus esse creditum, id enim verò, quanti-

cum

cumq
desse,
posse
reque
me in

XX

I Gi
ha

solo
quod
stum
ditæ
relæ
cont
hilar
quæ
mæf
app
ius i
fratr

VBALDINI. 67

cumque fuisset, & siue usu pro-
desse, siue delectatione allicere
posset, abesse confestim, facesse-
réque, vt odiosum à se longissi-
mè iubebat.

XXXI. *Cum Dei voluntate
coniunctio.*

Igitur diuinæ voluntati suam
hactenus adiunxerat, vt in eo
solo suauissimè acquiesceret,
quod Dei nutu consilióque ge-
stum cogitasset. Inde nullæ au-
ditæ super vllò infortunio quæ-
relæ: sed quidcumque aduersi
contigisset, animo vultûque ad
hilaritatem facto, exceptum: &
quæ ceteros mortalium turbare
mæstiria lacrimis que solent, hîc
approbata. Documentum hu-
ius illustre fuit, nuntiata mors
fratris; quem vnum è suis tener-
rimè

rimè dilexerat. In eo tamen nuntio, sensum doloris omnem in potestate habuit; vt nihil planè perturbati affectus prodiderit; sed approbato Dei consilio, rectà ad preces & grates conuersus, carmen, quo solenni Deum laudamus, religiosè decantarit. Aliud specimen, nec ab instituto abhorrens, & quamquam in re tenuiori, memorabile tamen, ac pro puro plusquam virile, edidit; cùm vti amicorum opera, etiam delata, nunquã sustinuit, ad fauores ab homine conciliandos; gnarus, satis omnia rectè fieri, si, quem Deo videretur, successum haberent. Fortè compererat vir grauis, Vbaldinum ab nonnullis contubernaliũ, haud pro eo, quam mores ipsius indolensque merebantur: obserua-

ri:

ri: qu
tis m
indig
num
gij p
iam e
sum f
vbi r
posse
inspe
homi
gat, a
stat;
amici
cuiusc
da p
totus
dere.
tiam
pericu
const
insti

VBALDINI. 69

mea
 nem
 pla-
 dide-
 filio,
 mer-
 eum
 tarit.
 ituto
 in re
 n, ac
 , edi-
 pera,
 nuit,
 ncili-
 rectè
 t, suc-
 mpe-
 um ab
 haud
 is in-
 erua-
 ra:

ri: quin contra, inclementer sa-
 tis malignèque haberi. Homo
 indignum id ratus, adit Vbaldi-
 num; indicat, egisse cum colle-
 gij præfide se, remque eò loci
 iam deduxisse, vt propediem ip-
 sum sint, in aliud contuberniũ,
 vbi maiori commodo versari
 posse, traducturi. Consternatus
 insperato beneficio Antonius,
 hominem per sacra omnia ro-
 gat, ab incepto, si se am t, desi-
 stat; non aspernari se quidem
 amici studium; ceterũ nolle
 cuiusquam ope, hæc sibi como-
 da prouenire; in quibus cupiat
 totus ex Dei vnus arbitrio pen-
 dere. Admiratus pueri pruden-
 tiam alters facere nihilo minus
 periculosa voluit; an serius certè
 constansque propositi esset, eòq;
 institit magis, effecturum se di-
 cere,

cere, vt quæ de cubiculo mutan-
do conuenerint, quàm maturri-
mè fiant. Tum verò obniti An-
tonius, vltimâque omnia cona-
ri, quò mentem hanc illi exime-
ret; certè autem rogando prius
non abfistere, quàm alter, data
fide, omiffurum fe cæpta polli-
ceretur.

XXXII. Patiendi amor.

AB amore, quo erga DEVM
non exiguo ferebatur, defi-
derium existit vehemens ad
quaque graua asperâque per-
petienda. Et fuit hæc ei caufa, in
ceteris non postrema, cur ani-
mum ad ingrediendam Iesu So-
cietatem appulerit: quòd in spē
venisset, fore quondam, vt indi-
dem ad Iapponas, pro maiorum
imperio mitteretur: vbi cùm in
barbaris instituendis, tùm arū-

nis fu
suppe
funde
ob C
ijcere
hæc a
anni
vt ex
rijs r
corp
milia
entia
num
ei pe
merc
tæ in
cum
litter
ob v
fis, n
mag
effet

ni

nis subeundis, sperata laborum-
 suppeteret seges: tum nouissime
 fundendi sanguinis occasio, quã
 ob Christi nomen captabat, ob-
 iiceretur. Ita gliscebant iam tum
 hæc adolescentuli vota; nondum
 anni virésque suberant. Tamen
 vt exercitatione umbratili, se-
 rijs maturè proluderet, voluit
 corpus interea experimentis fa-
 miliaribus ad grauiorum pati-
 entiam durare. E multis hic v-
 num iuuabit memorasse, quod
 ei perusitatum fuit; vt sæpe nu-
 mero, quamquam esset comper-
 tæ innocentia, multari tamen
 cum fontibus expeteret. Pensum
 litterarium; si quã peragere vel
 ob valetudinem, vel alijs de cau-
 sis, non licuisset; atque indè, ni
 magistro, purgaretur, periculum
 esset luendæ pænæ: non modò
 caus-

caussari nihil pro se ipse; sed neque alijs permittere volebat, ut decretis inertiae pænis intercederent; quin ipsum adeo Rectorẽ, innocentiaẽ huius gnarum, ne dicere in eam rem testimonium vellet, impensè oravit.

*XXXIII. Studium imitandi.
Christum.*

Oculos fortè quadam animùmque intenderat in obiectam Christi imaginem, habitu lugubri depictam: quali tunc fuerat, cum innocens olim in Herodis regia, despiciatui habebatur. In hoc exemplum intuitus adolescens, exarsit, modo quo optimo tunc posset, imitari. Sed quando materies in præsentia alia non suberat; adit scholæ magistrum rectà; supplèxque, ut negli-

negl
publ
iube
toni
fisse
clam
cont
apud
verec
quar
(qui
me d
lum
gijs,
ta, q
ri. N
voti,
Mag
post
ferè r
XX
S Vt

negligentium ritu castigari se publicè, in omnium conspectu iubeat, orat. Magister, qui Antonium sciret culpæ nihil admis- sisse, miratus insolitas preces, clam, ecquid ea sibi re velit, per- contatur. Ille, cui religio esset apud magistrum tergiuersari, veretundè; velim, inquit, hoc quantulocunque documento (quia nondum alio licèt) mei me domini clientem & discipu- lum probare; & seruatis vesti- gijs, ad quædam eius imitamen- ta, quamuis impare passu, cona- ri. Non obtinuit. At iacturam voti, cuius tunc fieri compos per Magistrum nequierat, per se postmodo liberalitè in hunc ferè modum resarfit.

XXXIV. Volutatio in spinis.

S Vb verni ieiunij dies vltimos,

D

con-

conuenerat inter Seminarij coë-
 uos· adoleſcentes, vt in Chriſti
 patientis memoriam ducta per
 triclinium pompa, vnà omnes
 ſe quiſque flagris acriter inceſſe-
 rent. Ad hanc pompam ex con-
 dicto adornandam, in campo
 fortè conceſſerant, vbi fertum
 ſibi quiſque de ſenticeto conte-
 xeret, capitis futurum diadema
 Ibi omnium ſpectaculo Vbaldu-
 nus fuit; dum lætus occasione
 properat inerimes manus vepru-
 bus acutis induere; & mox hor-
 rentem ſenticibus coronam verti-
 ci nudo imprimere; ea vi vt a
 ſpectantium oculi refugerint
 ceptamque lanienam mittere
 accurrens moderator coëgerit
 Inde domum ad coram tutam
 diſcrberationem reſſi, cum
 ſinguli ſua prius iubentur armis
 - ce

cen
 acc
 aut
 tur
 run
 bus
 teri
 hæc
 doſ
 legi
 roq
 ſabi
 pōp
 de e
 viri
 mul
 ent
 XX
 E
 b
 præ
 exin

VBALDINI. 75

censori monstrare; (quod aliàs
acciderat) incauti, noxijs loris,
aut ferreis vncis, clam abuterentur:
tum Antonius (vt qui futurum id esse
præuidisset) duplicibus instructus
armis prodijt; alteris quidem communibus
(& hæc sola monstrarat) tortis nõ-
dosisque funibus texta, eoque pro
legitimis agnita: alteris ære fer-
roque rigentibus, & hæc excu-
sabili dolo texerat tantisper, dũ
põpa traduceretur. Simul dein-
de ex tuto licuit, eadem magnis
viribus in tergum impacta,
multo sanguine liberaliter cru-
entavit.

XXXV. *Distributio temporis.*

EMicabant ex eo cum alijs die-
bus semper, tum verò festis
præsertim temporibus, pietatis
eximia signa. Quippe tunc sur-

gendi tempus legitimum horat
 spatio præcipiens, totum con-
 suevit meditandis rerum cæle-
 stium argumentis tribuere. Al-
 tera dein hora in Parthenona
 concedere (locum, quò cætus
 Marianæ pubis, ad sacra pera-
 genda cogitur) Inde digressus
 ad idoneos libellos properare;
 quorum usu pios aduersùm Eu-
 charistiam, paulò post partici-
 pandam, affectus concitaret;
 Tum autem diuinis adesse; tan-
 ta quidem corporis animique
 modestia, vt circumstantibus es-
 set admirationi: exundantibus
 interea lacrimis, & affluente vo-
 luptatum perennium melle. No-
 uissimè refectus Eucharistica
 dape, actisque idcirco, prolixè
 gratijs, ad suum se cubiculum
 recipiebat; & libris ibi litterisq;

donec

donec
 ret, a
 sum
 agen
 dura
 non
 lîsq
 is pr
 que
 eos,
 com
 tinu
 tieba
 vix t
 mor
 quat
 obse
 entis

XX

L I

donec prandij tempus appete-
ret, alto cum silentio, & quiete
summa vacabat. Quæ viuendi
agendique ratio cum perpetua
durasset, traxit ad imitationem
nonnullos, in quorum ore ocu-
lisque Antonius versabatur. Sed
is præter cetera mirari, magnæ-
que opere improbare solebat
eos, quos ab hoc calitum epulo
commodum digressos, ruere cõ-
tinuò ad humana negotia sen-
tiebat; immemores accepti: dum
vix tantulam in habendis gratijs
moram traherent, quantula ter-
quatérq; otiosi respirassent: haud
obscura specie, stomachi fastidi-
entis.

XXXVI. *Modus & ratio col-
loquendi.*

Libri quorum præcipuè vo-
luptate capiebatur, erant e-

iūsmodi ferè, qui aut de Christi imitatione, aut de quatuor Vitæ nostræ nouissimis; alter à Thoma Campensi, à Ludouico Granatensi alter, piè vtilitérque sunt lucubratī. Hos ille assiduè sic volutabat, vt tamen & Martyrum decertata prælia quotidie lectitaret. Quæ autem legerat, ea cū ventum deinde in colloquium esset, multa cum verborum suauitate, audientiūmque fructu, appositè memorabat. Cetera enim haud nimius verborum (quippe qui linguæ lubrica non ignoraret,) quoties tamen melioris argumenti mentio incidisset, nemo æqualium disertior illo vberiorque habebatur. Et hanc dicendi copiam peperit freuens ista, cū piōrum voluminum lectio, tum

diu-

diuin
men
mel
uit, e
guar
caus
aut
conf
mul
talis
sens
spira
XXV
N
rat,
ingr
bene
tran
ratio
frug
de fi

diuinorum, qua de diximus, cō-
mentatio : quæ vtraque cū se-
mel animi sinus omnes imple-
uit, exæstuans opportunè, in lin-
guam & v rba bullit. Ea de
causa contubernij sui præf. cto,
aut cum eo Patre, cui explicare
conscientiæ arcana suenerat,
multus illi sermo quotidie : isq;
talis, qui semper ostenderet, eius
sensa nihil humile, mortaléque
spirare.

XXXVII. Colloquendi materia.

NAm omnis eius oratio, non
de alio fore argumeto e-
rat, atque de hominum praua
ingratáque indole, qui tot D i
beneficia, obliuione tam alta
transmitterent; Tum de via, &
ratione, qua improbi reduci ad
frugem breuissimè possent. Inde
de fructu, quem vberem è labo-
re suo

80 V I T A

re suo vel apud Indos, in barbaris ad Christum adducendis, vel apud septem triones, in hæreticis ad vitam reducendis Societas caperet. Porro de armis aduersus Orci impressiones vtendis; deque compendijs ad virtutem consecrandam idoneis. Atque hinc de rebus, tanto cum sensu differabat, vt appareret, earum ipsam ingentibus desiderijs ardere. Quapropter vbi talium copia per alios non dabatur, subducebat de circulo sese; & inclusus, aræ familiaris ornamenta, aut sacrarum imaginum formas tantisper concinnabat, quoad dato signo, cum socijs ad litterarum studia reuocaretur. De profanis autem, vtcumque forent narratu, vel auditu iucunda, scere sermones nunquam
 et

est
 cor
 ni
 li
 qu
 de
 iac
 tan
 no
 sap

XX

H

seq
 liti
 ton
 imi
 run
 esse
 Pri

VBALDINI. 87

est dignatus; nisi quâ in eorum
contentum disputaret; tum e-
nim, vt vidimus, eloquentia nul-
li concedebat. Nouarum deni-
que impatiens, ne auditor qui-
dem esse sustinuit: quòd facere
iacturam temporis, in auscul-
tanda re nihili, & sæpius ex va-
no hausta, quàm veri comperta,
sapienter detrectaret.

XXXVIII. *Affectus erga Beatã
Virginem.*

HAud nullum hic operæ meæ
precium fecero, si paucis ex-
sequar, quem in venerandis cæ-
litibus modum ordinemq; An-
tonius seruarit. Nam quorum
imitari facinora cogitabat, eo-
rum sibi memoriam censuit nō
esse perfunctorie celebrandam.
Primas ibi partes, & secundum

D 5 Deum

Deum (quod par erat) proximas, nuncupavit B. Virgini; quam vnam cultu singulari, atque omnibus studijs demereri conatus, nihil quod virium suarum esset prætermisit. Hac enim propitia, Deum norat infensum esse non posse. Et quia Sanctos, inde Iosephum integerrimum Virginis sponsum; hinc Annam Virginis parentem, non nesciebat, quantum vterque, hæc apud Natam, ille apud Sponsam polleteret; ambos principe affectu cultuque profecutus; ad conciliandum dominæ fauorem adhibuit patronos. Equidem scio, ipsum in aliorum quoque cælitum, & permultorum clientela fuisse: Sed hic mihi propositum non est, alia prodere, quam quæ deprompta ferè ex commentario-

lo sunt, ipsius manu composito,
& post mortem obitam prola-
to.

XXXIX. *Affectus erga San-
ctum Ignatium.*

I Bi Sanctum scribit Ignatium,
in præcipua veneratione à se
tribus de causis haberi. Harum
primam esse; quod *summe
Triadi complacita mirificè
fuerit eius anima.* Patri quidè,
vt qui per mores Ignatii, quod-
dam filij sui apographon infi-
gnitè expresserit. Ipsi deinde Fi-
lio, qui Ignatium copiarum sua-
rum Ducem præfecerit. Tum
autem Spiritui Sancto; qui con-
silia armæque ipsi suggesserit,
cùm ad hæresim validissimè re-
tundendam; tum ad Pontificis
Romani auctoritatem per cli-
entes posteròsque studiosè pro-

pagandam. Porrò & aliam huius
 uenerationis esse causam: quod
 Cæli Regina, Ignatio quondam
 consoicua fauerit, ut si que sit,
 quadam ipsius ac posterorum
 consuetudine delectari; quippe
 quorum studijs & lucubrationibus
 præfenserit, suas olim laudes ad
 exteros, a se Deo prolatum; ac
 potissimum, solalitatatis Partheniæ
 fundamenta, Marianis insignibus
 clara, salubriter iactum iri. Postrema
 causarum erat; quod per Ignatij
 ministeria Deus, orbem ab æui
 prioris languore nonnihil recrearit.
 His namq; principijs, debere scire,
 cum instauratam puerorum
 institutionem (rem bono publico
 desideratam) tum frequentiore
 sacrorum concionumque usum;
 quem ut aliqua

qua
 fuisse
 ita r
 nun
 exer
 Ignat

XL.

V

affic
 aduc
 tem
 mili
 tem
 te h
 les h
 nim
 velu
 tarec
 dies
 stari

qua

VBALDINI. 85

qua parte desitum abolitumque
fuisse, Acta publica querantur;
ita rursus incal. scere valesceréq;
nunc capisse, templa passiva, &
exempla testentur. Hos tales pro
Ignatio se scribit causas habuisse

XL. Affectus erga B. Aloysium.

V Erum vbi ab Ignatio disce-
deres, erga neminem aequè
affici Antonium vidisses, atque
aduersus Aloysium, adolescen-
tem beatum: qui è Gonzagis, fa-
milia principe, ortus, Societa-
tem generi, cælumque terris an-
te habuit: relicto apud morta-
les haud obscuræ Virtutis mo-
nimento. Ad hunc Antonius,
velut ad exemplum, quod imi-
taretur, respectabat. Nec facilè
dies abiit, quo rerum ab eo ge-
starum partem aliquam legere,
&

& vbi eximium quid atque imitabile legisset, excerpere, prætermitteret. Inde crescere patroni veneratio, magnóque in precio haberi, quicquid ab Aloyfio prouenisset. Ita sæpe solatio fuere flores, quos de eius tumulto sublectos, cum fortè nactus fuisset, domi non aliter atque vniones & gemmas, cum eiusdem effigie asseruabat. ipsos autem cineres, vrna argentea inclusos, atq; in sacello, haud longè à scholis conditos, mirum est, quam auidè religiosèque interuiserit! vt neque satiari accessu, nec loco diu illi videretur posse. Quare factum est crebrò, vt explendi huius desiderij, adierit scholæ magistrum, eumq; supplex rogarit, vt è ludo ad Aloysium suum, vrnaeque dilectæ cineres

ne
int

X

S

ni

cin

ba

tec

qu

co

gru

reu

int

ri.

co

no

qu

ab

tior

neres venerandos, recurrere ex
interuallo fineretur.

*XLI. Veneratio diei Natalis
Beati Aloysij.*

SED multò concitator hic erat
affectus, quo tempore sub Iu-
nium mensem iam adultum, vi-
cinus Aloysij Natalis immine-
bat. Tum ille, diem solidum an-
tecapere, atque ad eius sacellum,
quodam quasi peruigilio acto,
complures horas excubare. In-
gruente post vespere domum
reuersus, ibi noctis crepusculum
inter continuatas preces opperi-
ri. Inde super impolitos asseres
compositus, cum horas quieti
non plus duas concessisset, reli-
quam noctis ita partiebatur, ut
ab acerrima corporis verbera-
tione, ad lectitandam Aloysij
histo-

historiam diuerteret: ab hac ad
 pias commentationes transfiret;
 quæ deinceps, ad ipsum vsque
 diluculum ardentè suauitèrque
 productæ. Commodè in exorto
 sole dies illuxerat; iamque An-
 tonius ad patroni sui sacella
 postliminio festinabat. Ibi ge-
 nibus ad aram prouolutus, dum
 preces ardentius instaurat, no-
 uis, ecce, insperatisque gaudijs
 perfunditur. Nam paullo post
 adolescentulos videt tirones, ló-
 go ordine succedere: quos om-
 nes è Societatis domicilio, idem
 in Aloysium amor, illuc inuita-
 rat, vt votis ibi solutis, epulo cæ-
 lesti pascerentur. In hoc tali um-
 cætu deprehensus mirè lætaba-
 tur; idque eò magis quo simil'o-
 ribus illos studijs, ad Aloysium
 ferri intelligebat. Corollarium
 gau-

gau
 rum
 cieta
 Mut
 cum
 pe e
 cum
 trat
 nes
 NV
 stia
 pto
 xiff
 offi
 pos
 Alo

X

I A
 d
 nas

VBALDINI. 89

gaudij fuit; quod in eadem ara
rum nactus est operantem, So-
cietatis Praepositum Generalē,
Mutium Vitellescum: à quo vnà
cum ceteris tiro num, caelesti da-
pe est recreatus; dici non potest,
cum quanta consolatione. Pa-
tratis iam legitimè sacris, vt om-
nes recessere, postitit VBALDI-
NVS tamen; diemque reliquum,
etiam pomeridianum, in incæ-
pto religiosissimè duravit. Di-
xiss nullis illura nec fatigari
officijs, nec satiari colloquijs
posse, quæ de rebus, laudibusque
Aloysij miscerentur.

XLII. Veneratio Martyrum Iapponie.

I Am interea excitatum ingens
desiderium alebat, ad Iappo-
nas, simul ac per aetatem præsi-
desq;

desque fas esset, nauigandi; spē
 potiundi Martyrij si Christi a-
 more, barbaram gentis impie-
 tatem oppugnare pro virili cō-
 niteretur. Eam ad rem conse-
 quendam, patronis videbat ege-
 re se, qui causam hanc apud
 Deum orarent. Hi lecti fuere cū
 Francisco Xauerio, tres Iappo-
 num Martyres: quorum ille sa-
 cris Christianis gentem omni-
 um primus imbuit; inde præsens
 & loci & populi adoptatus tu-
 tela; isti sacra eadem obiectis
 corporibus tutati, & sociorum
 primi in Crucem adacti, Vitam
 ibi animamque Christo fortiter
 impenderunt. Nomen ijs, Pau-
 lo, Ioanni, & Iacobo: omnibus
 publici nuper ab Urbano VIII.
 decreti honores. Hos ratus ha-
 biturum se oratores, præter cete-
 ros,

ros,
 offici
 eosde
 crim
 quib
 sente
 imag
 exim
 & id
 endi
 guin
 virés
 rata
 Sed c
 ardo
 prox
 his n
 ciue
 tur.
 narr
 som
 sos

ros,

VBALDINI. 91

ros, impetrabiles; quotidianis
 officijs anxie prensabat. Hos
 eosdem vrgere precibus; hos la-
 crimis votisque conere: atque vt
 quibusdam quasi blanditijs, in
 sententiam adduceret, eorum
 imagines, præ quam ceterorum,
 eximio cultu vestitique ornare:
 & identidem prostratus, traijci-
 endi ad Iapponas, ibique san-
 guinis fundendi, veniam à Deo
 virisque per trigæ huius purpu-
 ratae merita, instabat expescere.
 Sed quamuis ad longinquos hic
 ardor præcipuè spectaret; tamen
 proximos etiam quosque, & in
 his maximè Vrbinates (quorum
 ciuem se ferebat) amplecteba-
 tur. De quibus moderatori suo
 narrauit ipse; crebrò se inter in-
 somnia sibi videri per eorum vi-
 sos concionabundum errare; &
 quæ

quà erudiendis ijs, quà exercendis, adu que non sudoris, sed sanguinis effusionem fatigari; donec in ipsis Christus formaretur: nam totidem eius fuere verba. Quæ ego, tametsi per soporem cuenere, in adolescentulo spernerda non duxi. Imagines enim, quæ somniantibus recurrunt, indicio sæpe sunt, rei inter diu vel ardentè concupitæ, vel certè seriò multùmque cogitatae.

*XLIII. Prudentia in querelis
sopiendis.*

AT nondum ita maturuerat Vbaldinus, vt quod pro Indis ciuibúsque ingenti animo conceperat, effectum reddere ætas permetteret. Ideo, ne otio virtus interea langueret; apud æquales certè & contubernales,
speci-

spec
pige
tibu
gilla
spec
ctuo
mir
nest
fert
lege
ta d
nox
cent
roti
dat
leui
leni
terc
puc
or,
deq
rela

specimina dedit industriæ non pigenda: quorum ratio, vt legentibus constet; necesse habeo, fingillatim, quædam eius facta, in speciem parua, vsu autem fructuque insignia, recensere, In Seminario Romano, vt mores honestasque sanctius colantur, vsus fert, vt adolescentibus cum in leges ibi sancitas offendere, multa dicatur: ne quantula cumque noxæ impunitas sensim in licentiam; & hæc in disciplinæ rotius perniciem clademque eadat. Sed ea multa, quamquam leuiuscula ferè est, nec nisi cautè lenitèrque irrogatur; tamen interdum (vt homines sumus) apud animos perturbatos grauior, quam re vera sit, apparet: indeque acrior sensus, & clam querelæ: quæ ipsæ, nisi tempori sopian-

pianur, damnosè quondam e-
rumpunt. His querelis mederi
Antonius, prudenter suauitérque
confuerat. Exempli vicem hoc
esto. Certis ibi quibusdam no-
xis multa est, ientaculo carere.
Antonius vix prandij, ne dum
ientaculi appetens, cum sentiret
aliquando ringi alios, & impa-
tienter, (vt vt meriti fuissent)
exclusos se dolere; sæpè numero
vel ipsorum caussa ientatum ijt,
suasque partes, vt obuenerant,
intactas illicò ad multatos detu-
lit: ne ij sportulæ i ctura offen-
si, obstinatus præfidi legiq; suc-
censerent.

*XLIV. Industria in socijs
edocendts.*

CÆteris, quos in contubernio
habuit, ita se plerumque in-
sinuabat; vt primùm in familia-
rita-

rita
os f
da c
pro
loq
ger
fer
re g
iuu
cert
tam
mo
lōf
pro
exa
cal
po
cal
fer
rò,
tia
dit

VBALDINI. 95

ritatem adscitos, breui obnoxios sibi deuinctosque ad accipienda consilia reddiderit. Tum illi promptum vsitatúmque, per colloquij speciem, de virtutibus agere; expingere vitiorum fœdâ inferâmq; imaginem; monstrare gloriæ mendacis vmbra; & iuentæ fugacis illecebra; & certam a olescentibus incertitæ mortem; & uicquid morti superstes apud bonos malisq; perennat. Iisdem nihil prolixius laudabat, atque vsum examinis, quo de dictis factisq; calculos secum quisque seuerè ponerent. Indè librorum, qui cœlestia pertractarent, multam seriâmq; lectionem: eorum verò, quæ cuique nouissima vel timentur, vel expectantur, meditationem æternam. Postremò,

omnes

omnes omnium affectus erga Virginem, Cælitum Imperatricem, inflammabat, vt quam vnam ipsemet principe studio prosequeretur, eius amorem apud alios quoque redderet auctiorem. His effecit, præter alia plura, vt Socij quacunq; Marianam effigiem, siue cælo laboratam, siue penicillo ductam præterissent, concordēs, veluti lege quadam, Auere Virginem omnes ex Gabrielis formula, iuberent.

*XLV. Dexteritas in Socijs
perficiendis.*

Fortè quadam esculenti melioris, nescio quid opiparum, socio obuenerat; qui eius esitandi auidior, iam iam inhiabat. Interuenit Antonius, eique familiariter: vtinam tu nosse, inquit,
hac

hac r
uatio,
cepta
res tu
reris,
volup
abdic
dentē
ne qu
volen
dem e
quos
gulis
vince
Deo
donat
de, si
ingen
futura
ret, n
que o
tū è si

erga
 atri-
 m v-
 adio
 n a-
 au-
 alia
 Ma-
 abo-
 tam
 eluti
 nem
 a, iu-
 is
 me-
 rum,
 itan-
 t. In-
 ami-
 quit,
 hæc

hæc rei tantulæ voluntaria pri-
 uatio, quàm cælitibus foret ac-
 cepta? Fallor enim, aut impera-
 res tu tibi, & hoc illis gratifica-
 reris, vt pro eorundem amore,
 voluptatem hanc paullulam
 abdicares. Ictus hic alter, manū
 dentēsq; abstinuit, atque id om-
 ne quod erat, monitoris arbitrio
 volens conceffit. Antonius eo-
 dem esculento mox ad alterum,
 quos idoneos norat, perlato, fin-
 gulis eadem arte persuasit, vt sui
 vincendi gratia, doni illecebram
 Deo cum sperato fænore con-
 donarent. Apud familiares dein-
 de, si quid vitiosum, aut minus
 ingenuū obseruasset, dum pro-
 futuram admonitionem crede-
 ret, non prætermisit, sui quem-
 que officij commonefacere. Ita
 tū è suis animaduertisset quem-
 dam

E dam

dam haud satis pro decoro saceris adstitisse, seductum è turba leniter obiurgauit: Christianum id quidem decere omnino neminem; sed omnium minimè eum, qui cliens illius Virginis fit, cui⁹ tunc videat filium pro se immolari. Alius violentior affecerat alium iniuriâ; Conatus precario defendere innocentem Antonius, litem illico suam fecit. Nam auctor in ipsum illatus, pari furore lacerare patronum cepit. Perstare tamen hic modestèque, se quidem hæc, & his plura commeritum dicere; certè autem, ne immerenti socio, ea quoque probra ingererentur, deprecari. Exarmauit hæc modestia rabiem, vt breuè non modò patronum insectari alter desierit, sed cum ipso etiam aduersario

rio in
quies
XLV

I Nt
in
berer
malè
ceter:
occup
prim
ducti
pites
serti
tuber
prior
ceter
di ag
tener
tem;
dum
bant
rio

rio in gratiam reductus, con-
quiescit.

*XLVI. Solertia in tironibus
præoccupandis.*

Intelligebat probè, quantum
in omni re momentum ha-
berent initia: quæ vt benè aut
malè posuimus, sic plerumque
cetera sequuntur. Eam obrem
occupare eos adolescētulos cum
primis studebat, qui peregrè ad-
ducti, Seminarium recentes hos-
pites, ingrediebantur; tum præ-
sertim, si suo eos destinari con-
tubernio vidisset. Hos ipse adire
prior & alloqui, his narrare, qua
ceteri lege viuere, quam studen-
di agendique solerent formam
tenere: simul p̄fecti charita-
tem; simul humanitatem præsi-
dum laudare. Quæ eo specta-
bant omnia, vt ne præiudicio

prauo maloque semel imbuti, postmodo semper (quod multis usu venit) omne praefidis Imperium, ceu odiosum suspectumque aspernarentur; animis iuxta atq; auribus ad consilia praclusis. Hos tirones deinde veterano alicui, quem idoneum nosset, commendatos, ad cubiculi praefectum deducebat: à quo libellos pios, cinctusque, & alia hoc genus arma corpori domando, cum videretur, sumerent. Quae Antonij prouidentia, ad multorum magnos constantisque progressus egregie valuit.

XLVII. Sagacitas in veteranis conciliandis.

A Pud veteranos etiam hoc operam dabat, ut quae palam aliquando vniuersis praecipiebantur,

V
bantu
lia, in
tur. I
nibus
bat, c
done
mori
tem p
tum
ne ol
misse
ctuos
preci
uent
ijs ce
bat,
dicar
in fa
Nec
res n
vbi a
risset

bantur, ea ne perinde ac difficilia, in maius ab illis acciperentur. Ideò clam exco^o itatis rationibus ea apud singulos explicabat, & calculo suo approbabat; donec omnes efficeret præcepto morigeros esse. Apud quos autem pluribus experimentis, actum agere se vidisset, eos verò, ne oleum cum opera perderet, missos postremo faciebat, fructuosius ad alios transiturus, qui precium laboris impensi, proventusque sponderent. Sed cum ijs certè multo suauissimè agebat, quibus consilium erat, abdicare spes opè^sque humanas; & in familia sacra stipendia facere. Nec enim decretæ salutis certiores notas reperire se aiebat, quã ubi agitari hæc consilia comperisset. Quare, quos familiarium

norat, cetera probos, magnæq; indolis esse; verum ad Religiosi neminis instituta, nihil dum propensos, sollerter hos adoriebatur: narratis, iam vitæ mille naufragijs, quibus obnoxij iactarentur, iam è contrario, mille animi comodis ac voluptatibus, quibus in portu Religionis tranquilli potirentur. Apud quos alios hæc tam latinè aperteque nondum audebat; ibi prudenti circuitione nunc peccati deformæ portentum, nunc conscientiæ examen, & mortem exaggerando, sensim ad aliud aliudque argumentum delabebatur dum denique, quò volebat, fineretur peruenire. His eius artibus haud nulli sensere vehementer intra se desiderium crescere expetendæ virtutis.

*XLVIII. Eius contubernium,
virtutis Gymnasium,*

Mihi hanc Antonij consue-
tudinem altiùs consideran-
ti, meritò admirationi sit; adole-
scentulum pænèque puerum vi-
dere, nobilem, & nullis dum Re-
ligiosorum legibus vinctum, qui
tanto tamen ardore prudentiã-
que ad huc incumberet, vt æqua-
les suos à profana liberãque vi-
ta, ad consecranda disciplinae
Religiosae instituta videres tra-
duci. Quod ille consilium etsi
non æquè omnibus persuasit, vt
re ipsa capesserent; tamè id pro-
fectò feliciter obtinuit, vt eius
contubernium (cui à S. Bartho-
lomæo cognomen) nihil admo-
dum à Religiosorum domicilio
visum sit discrepare. Sic enim

dicere solitus est Pater, qui eorū
 ibi conscientijs moderabatur:
VBALDINI sodalitiū, sibi
 virtutis Gymnasium videri, &
Collegium Angelorum: Ea in
 plerisque siue parendum foret,
 alacritas: seu litteris vacandum,
 quies; seu prodeambulandum,
 modestia apparebat. Vidisses
 egregiè moratos omnes; com-
 posito vestitu, oculisque demis-
 sis incedere; & quam natione di-
 uersos, tam animis (rem-mira-
 culi similem) concordēs viuere.
 Ut primum cubitu surrexissent,
 in genua sponte sua procumbe-
 re; primas de Deo cogitationes,
 primos sermones instituire, Ni-
 hil inter illos acerbū aut tri-
 ste: altum in mensa silentium;
 obedientia in scholis; erga præ-
 sides reuerentia: cetera æquè lau-
 data;

data
 simi
 X.

A

com
 face
 per
 quo
 vlt
 atq
 &
 ali
 ver
 infl
 bus
 late
 in l
 ane
 qui
 ren

data; & pleraque VBALDINI
familia.

*XLIX. Exemplum imitati
Socij.*

AD hæc Vbaldini, quæ supra
posuimus, exempla, multi
commilitonum excitati, paria
facere, per æmulationem ince-
perunt. Cibos identidem, ad
quos auidiùs ferri se sentiebant
vltro, virtutis causâ, relinquere,
atque adedò pane sæpenumero,
& aqua contenti, ab alimentis
alijs abstinere. Noctu item ad
verbera voluntariè, vt didicerât,
infligenda consurgere; & funi-
bus asperis, aut ferreo contextu
latera arctè adstringere. Atque
in his exercitationibus continu-
andis, ab Vbaldino confirmati,
quid carperent aliqui, quid ride-
rent, flocci non pendere. Quam-

E 5 quam

quam hi ipsi demum, quorum principia sibilant, cum constantiam in inceptis, tantamque vitæ mutationem aduertissent, in Virtutis admirationem versi, quos remorari nequiere, instituerunt ad extremum etiam ipsi imitari.

L. Officium humilium amor.

Porro, quamuis nulla pars vitæ, testimonio caruerit virtutis; neque ferè sint vlla indolis bonæ indicia, quæ in Vbalduino (si penitus inspiceretur) non eluxerint: tamen animi quædam minimè vasti, nec elati, sed ad omnem modestiam submissi species insignior in eo visa est eminuisse. Cum primis enim & sollertissimè fugit, necubi videri æstinarique ab alijs, vlla in re, posset. Ipse de se abiectè sentire

tire

tire
nes
bi co
fimis
mer
frequ
min
bran
terit
obse
imit
bat
desp
Cor
que
etau
lis v
suu
pro
Hoc
ram
tenc

tire & loqui: Alios perinde om-
 nes vt maiores suspicere, & ficu-
 bi comparatio fieret, etiam in-
 fimis deferre; fassus ex omni nu-
 mero iuuenum, qui vnà tum
 frequentes incolebant, esse ne-
 minem, ad cuius extimam um-
 bram comparare se auderet. In-
 terim virtutes, quas alias in alijs
 obseruasset, nauiter vniuersas
 imitari, & pro viribus labora-
 bat exprimere. Si quid officij
 despiciatum esset, id ipse velut in
 Comitij candidatus ambire; id-
 que promptius, quàm alij detre-
 ctauerant, fungi. Graue nonnul-
 lis visum, & præ quàm moles. ũ;
 suum sibi lectulum quotidie
 prout leges iubent, insternere.
 Hoc vt illos tædio leuaret, ope-
 ram suam opémque adolescens
 tener ac nobilis, vltro, qua po-

terat, detulit, alijsque lectum cubicularem persæpe manu sua, nec sanè indiligenter composuit. Commilitones honorificè & reuerenter; ac ne famulos quidem imperiosè vnquam, sed modestè semper placidèq; compellabat: roganti longè propior, quàm iubenti. Hinc eius hæ formulæ: *Hanc illanquæ rem Dei amore, sibi volentes gratificarentur: Precariò illud, aut illud oranti prestarent;* Sæpe numero loci præfectum, seriòq; obsecrarat; vellet iuberet in circulo sua sibi probra palàm ab omnibus ingeri, & quicquid vitiorum deprehensum fuisset, ad sui despicientiam acriter expræbrari.

Lt. Glorie fuga.

E Diuerso, quàm patiens conuitio.

uitiorum, si qua per iniuriam iacerentur, tam laudum suarum osor contemtorque fuit. Inde exstitit, vt vehementer improbarēt eos, per quos sua quaedam asperioris vitę arcana, quę apud mortales cęlata maluissēt, propalari intelligebat; eaque vel ad pręfides (rigorem fortassis, vt immodicum, temperaturos) vel certę ad socios proferri, qui talium haud optimi indices, rem nihili, essent inconsultę laudaturi. Familiarium quidam ex obscuris indicijs suspectarat, Antonium clam cingulo ferreo, & muricum aculeis aspero constrictum esse; dum inter alios dissimulato pressioque cruciatu, obambulare. Neque de nihilo cōiecturę erant. Sed homo curiosus, vt ex dissimulante veri confessio.

fessionem exprimeret, aggreditur incautum; audésque velut in lucta, manus iniicere, & latera ab omni parte non perfunctoriè cædere, sicubi clamore se abditus dolor proderet. Aduertit astutiam VBALDINVS, imperatque sibi, & inter verberum experimenta, Spartana patientia durat. Ita, quæuis in eo compressu ferrei mucrones violentius sæuissent, ipse tamen immotus, ridenti vultu, exploratoris consilium delusit.

LII. Laudis propriæ tædia,

Non perinde alterum fefellit, qui, cum interdiu lecti cubicularis tegetem, obnitente Antonio, remouisset, deprehendit subtus, informes stipitum truncos, quos illuc ne molliùs cubaret, puluini vicem Antonius ab-

us a
cæla
spen
ditu
tien
rup
re, f
tare
peti
se a
bit
leso
ign
star
eo c
plic
id v
fact
infe

N

VBALDINI. III

us abdiderat, magnaque cura
calatos cupiebat. Tunc ijs in-
esperato in lucem protractis, pro-
ditum se deprehensumque sen-
tiens; cum rubore haecenus pro-
rupit, ut alterum a lecto facesse-
re, suasque sibi res iusserit acti-
tare. Praeuerterat is dicendi im-
petus rationem: ideo, ut dicere
se aduertit, dixisse paenituit. A-
bit deinde, conuentumque ado-
lescentem; sua in sella collocat;
ignarum quid pararet. Ipse ad-
stans, veniam dicti sui, non pro
eo quam decuerit humani, sup-
pliciter orat: Indictum omnino
id velle. Rogare tamen, uti &
factum suum alter de reliquo
infectum velit.

LIII *Paupertatis amor.*

Nullis adhuc votis erat ad
paupertatis studium ob-
stri-

etus; cum æquè tamen, ac si nexu arctissimo stringeretur, eius imitamenta voluntariè est professus; inopémque vitam amavit adolescens nobilis, quam plerique eius loci ac ordinis, velut indecorem, & generis sui probrum aspernātur. Sed enim, quando per maiorum voluntatem, nondum ei licuit vltima inopiæ palàm experiri; ausus est furtim eius quædam simulacra, vbi potuit æmulari. Igitur non modò gaudebat cùm præ alijs, quod supra narrauimus, pauper ac plebeius videretur: sed opinionem hanc, vt vltro augeret, serica veste sibi omni constanter interdixit; vulgari semper, sed ea tamen honesta, contentus. Quicquid deinde seu vi, seu casu ablatum sibi sentiret; eius iacturam

ram
idci
retu
suu
for
in
qua
per
vol
re
fitu
vt
die
em
cha
ali
foc
me
pel
ter
im
pra

ram tanti nunquam faciebat, vt
 idcirco vel vno verbulo quere-
 retur: iam tum affuetus, nihil
 suum credere, quod eripi per
 fortunam posset. E contrario,
 in dandis donandisque rebus,
 quarum ipsi ius arbitriumque
 permittebatur perfacilis erat. Et
 voluptatis instar ducebat, priua-
 re se ipsum, dum aliorum neces-
 situdines subleuaret. Sanè autè,
 vt gustum præciperet veræ mè-
 dicitatis, quàm accire propedi-
 em cogitabat, consuevit iã olim
 chartæ folia, pennasq; & si quid
 aliud hoc genus vtibile vellet; à
 socijs precatio emendicare; ta-
 met si regularum eiusmodi sup-
 pellex è proprijs abundè suppe-
 teret; idque ea gratia solùm, vt
 imaginem futuri, tantò ante re-
 præsentaret.

Iam de castimonia pudicissimi adolescentis, promptum cuique erit, etiam tacente me, æstimare. Etenim, qui virtutes, etiam illas, quarum usum omittere impunè licuisset, tam anxie coluit, hanc adolescentum principem gemmam, æternitatis totius precio mercandam, Antonius pensi non habuisset? Conuitium fecero, argumenta colligendo ad hoc demonstrandū. Et vtrò iam ecce prodeunt **O**CVLI (lubricus alioquin, & vagus ad obuia sensus) seseque inficiantur, vllam vnquam fæminam (si matrem pueri, nutricemque demas) fixo aspectu cunctitos fuisse: ita teneat quidam, vtrò etiam amice (quid nisi alteri parenti?) pernaciter se negarint.

V
rint.
temp
lo d
mou
liger
retul
pe tu
aliàs
omn
re: i
lis ce
re. I
nere
nent
quij
nūc
ti, p
us v
picb
id v
ro
voc

VBALDINI. II 5

rint. Eadem gratia, nullum diei
tempus otio concessum; ne ma-
lo duce, stygis copiæ armæque
mouerentur. Par illi cautio di-
ligentiâq; quoties (vti iam antè
retulim⁹) foras prodibat. Quip-
pe tum doctus oculos, si vsquam
aliàs, in potestate habere; & ab
omni Sirenum occurſu diuerte-
re: ipſas verò plateas, ſpectacu-
lis celebratas, nunquam tranſi-
re. Librorum peſtilentium Ve-
neres, blandum adoleſcentiæ ve-
nenum, vbi flammis abolere ne-
quijt; ſaltem exilio omnes, æter-
nùm damnauit. Fortè lectitan-
ti, peregrina ſe voce quædam, cui-
us vim ſenſumque non perci-
piebat, obrulerat. Rogat ſociũ,
id verbi, quid ſignificet! Vix ita
rogarat, cum ſubit, poſſe in ea
vocis peregrinitate turpiculum

aliis

aliquid latere, cuius adspectu
mox utrumque suppuderet. Eū
igitur, interpellans, quæso te, in-
quit, vocis huius sic interpretem
agas, ut quicquid honestum ea
occulit, id mihi volenti lubentē-
que significes: siue est, ut aliud
concelet; nolo, mea te causa fa-
tiges.

LV. Studium parenli.

LOci præfides, ludiq; sui ma-
gistros, quàm studiosè co-
luerit, agrè sibi explicando. Nā
siue vltro illos alloqueretur, siue
vocatus ab ijs mandata accipe-
ret; mira erat adolescentis in ge-
stu vultūque reuerentia. Eorun-
dem leuissimos nutus, & quic-
quid nutu decressent, vigilatè
integrèque seruabat. Nemo de-
prehendisset, latus pro silentio
leges verbulo temerantem: ne-
mo

mo
im
eos,
um
rept
rit,
olei
præ
citu
lijs
qua
tubi
tus
vici
ram
mi
balc
pen
pera
verb
cūm
cætu

mo cū se exteris, qui qui essent,
 immiscentem: adeò quidam, vt
 eos, etiam vtrò se ad colloqui-
 um offerentes, surdus mutūque
 repudiarit: eaque in re, malue-
 rit, ruris aliquid & rusticitatis
 olere, quàm vrbaniore legum
 præscripta excedere; quibus san-
 citur, ne alij commercia cum a-
 lijs exercent, nisi sub iisdem
 quasi signis, eodémque in con-
 tubernio commorentur. Exper-
 tus hanc repulsam est quidam è
 vicinia adolescens; qui sub ho-
 ram promeridianam, dum ani-
 mi relaxantur, iniussus cum V-
 baldino se consociarat, neque
 pensi habita lege fabulari inee-
 perat: non passus illum est tria
 verba finire Antonius, sed liberè,
 cū inquit, è diuerso vterque
 cætu simus; noli quæso, commit-
 tere,

tere, vt disciplinam Seminarij, prouidenter constitutam, temerè infringamus; & cum dicto, hominem à se amisit.

LVI. Legum observatio.

Idem institutum inter ipsos quoque contubernij sui socios retinuit; vt reductus ambulatum ab assignati comitis latere nunquam abiret; neque alteri, quàm cui præfectus iussisset, adiungeretur. Et comitem hunc ipsum plerumque inducebat, vt coronarias preces B. Virgini vterque simul conciperent; easque de via alterni recitarent. A quo consilio si socium fortè ab horrentem nactus fuisset; tum demùm à præfecto postulatum, vt lego solutus, cum alio aliquo componeretur. Certè autem nunquam

pet-

pern
culis
de p
ueni
ipso
tuni
infe
vult
& a
nihil
ban
è ci
ctar
tam

I A
N
præ
fera
tru
bal

VBALDINI. 119

permisit, vt commilitones in circulis, quibus ipse adesset, seciùs de præsidum scitis, quàm conueniebat, loquerentur. In quo ipso argumento, si quis importunior obstreperet, nec placare infensum ipse posset, adstabat vultu ad grauitatem composito: & animo aliorum conuerso, vel nihil eorum, quæ temerè effutiebantur, auscultabat; vel prorsum è circulis elapsus, ne per obtretantium contagia præsens contaminaretur, discedebat.

LVII. Morbi initia.

I Am postremò, quod indidit Natura lapidibus, vt ex alto præcipites dati, tanto incitatiùs ferantur, quanto proximè centrum attigerunt; id cõtulisse Vbalduino Gratia videtur: qui quo pro-

propius vitæ metam aberat, co-
 maiore virtutum vi æstûque a-
 gobatur. Igitur ex ea viuendi,
 qua de diximus consuetudine
 morbi illius, quem supremum
 habuit, initia prodire; Et appa-
 ruerat ægritudo primùm non
 pro eo, quam erat, periculosa:
 paucis tamen diebus continua-
 ta, in lethalem euasit: cuius cur
 putetur ipse præfagia cepisse, su-
 spicionem fecit syngrapha, post
 obitum reperta. Præsides simul
 ægritudinis statum videre, nego-
 tium dant, vt ad valetudinarium
 delatus, opportuniùs conquie-
 scat. Sed is commodùm eò de-
 portatus, accersit patrem, apud
 quem animi sui noxas continuo
 detergat, aperit suum moriendû
 desiderium; atque hîc velim, in-
 quit, concludere, quod reliquum
 est

est vi
 huius
 hîc,
 viuat
 cturu
 prou
 ad cu
 ter op
 rogar
 da. A
 mis v
 quicq
 fit, id
 dine l
 ment
 hoste
 sub m
 que a
 spera
 mach
 tat, c
 anima

est vitæ. & quantulum tamen
 huius est reliquum? moriamur
 hic, pater moriamur, vt alibi
 viuamus. At pater, rectius fa-
 cturum, dicere, si curam hanc
 prouidentię numinis permittat:
 ad cuius nutum, vti mors liben-
 ter oppetenda, sic neq; vitæ pro-
 rogandæ consilia sint detrectan-
 da. Æger obsecurus, ardentissi-
 mis votis cum Deo tranfigit, vt
 quicquid ex eius maiori gloria
 sit, id omne de se suâque valetu-
 dine statuât. Secundum hæc in-
 mentem venit, consuesse stygios
 hostes, admissa vitæ facinora
 sub mortem cuique reducere; at-
 que ab eorum aspectu, salutis de-
 sperationem moliri. Quas Orci
 machinas, quò maturè præuer-
 tat, concipit illicò vehementem
 animi dolorem de noxijs, quas

F

ab

ab vltima pueritia, sciens nesciensque traxisset; atque ab earum detestatione, ad benè sperandū erectus; causam omnem, Deo Deique parenti commendat. addito etiam; si in eo Dei gloria verteretur, vt ipse pro meritis penas quantascumque penderet, voluntati tam iustæ, nullis querelis intercessurum.

LVIII. Medicina celo petita.

INterea adesse medici, & ægro pharmaca: quæque alia tempus monebat, properare. Ea omnia tametsi insuauia & aduersa, refugiente sensu fortiter perharriebat, nulla in re, quam imperassent, morosus: nisi quod semel sibi credidit impunè esse, vt medici placita dieculam vnā differret. Id ob huiusmodi causam

sam

sam
bu
die p
ad E
stum
ris p
lauit
filij
opor
med
men
mitt
hoc p
tur;
gnæ
festa
quã
Euch
ciet r
de est
ueri
tionu

sam accidit. Calendis Quintili-
 bu. datum negotium fuerat, vt
 die postero (quem à B. Virgine
 ad Elisabetham prouidente fe-
 stum habemus) medicati sapo-
 ris poculum hauriret. Dissimu-
 lauit æger in præsentia, quid cõ-
 filij versaret; at digressis, quos
 oportuit, cras alio, inquit, cum
 medico mihi, aliõque medica-
 mento, res erit. neque enim cõ-
 mittam, vt die crastini, probrum
 hoc parthenio nomini concisca-
 tur; quo clienti & alumno ma-
 gnæ Virginis exprobretur, tam
 festa luce maiorem corporis,
 quàm animi gessisse curã. Cras
 Eucharisticum mihi nectar fa-
 ciet medicinam: nec passus dein-
 de est, ab ea se sententia dimo-
 ueri: cum præfidi aliisque ea ra-
 tionum momenta causæque sua

F 2 præ-

præfidia adduxisset, vt victi manus dederint; & medicorum præscripta, post agri consilia putauerint habenda. Ita res cōperendinata, spatium agro dedit, sui colligendi & hospiti venturo locum apparandi. Quod sanè diligentèr, ac nauiter fecit; diu mente oculisque cælo intentis, & infracta voce cum Deo colloquens; abstracto à præsentibus sensu: vsque aded, vt qui visendi caussa ingressi fuerant, inobseruati ab agro diu neglectique circumstarent: Quos longo post interuallo, veluti peregrè de via reuersus, intueri, suauiterque salutatos, ad pia capit colloquia inuitare: tum rursus, vt opportunum fuit, actis comiter gratijs, vnumquemque à se dimittere.

LIX. *Patiendi noua desideria.*

REs eo progressa loci iam videbatur, vt valescente morbo de maioribus remedijs fuerit cogitandum; atque idcirco Antonius in aliud, idque aliquanto amœnius cubiculum deportandus: qui tamen, indieta migratione hanc sibi dari veniam petijt; vt ad horæ dimidiatæ spatium, esse soli liceret, prius quàm loco excederet. Non exorauit, quippe iam intellectum fuerat, quo ægri tergiuersatio pertineret: vt, qui solitudine ac tempore vsurus, illum horæ semissim, vexando verberandóq; corpori destinasset. Igitur nouo hospitio illatus quamuis ad eam virium debilitatem recidisset, vt difficultè mouere se loco, versa-

F I

réque

réque iam possit; tamen in spem
 venit, à valitudinarij praefecto
 impetrari adhuc precariò possè;
 vt ibi aliena saltem & accom-
 modata manu (quod prius ab
 Aloyfio decumbente tentatum
 acceperat) fineretur vti, ad ter-
 gum flagris & vibicibus obse-
 rendum. Intersit orantis dé-
 siderio praeses; & ne quid huius
 porrò deposceret, seuerè prohi-
 buit. Deiectus vltima spe Anto-
 nius, reliquam habuit, ipsius
 morbi dolorib⁹ animum solari,
 quando nullis extrinsecus acci-
 tis licuit. Et ideò gaudebat vel
 tali imagine aliquos Christi pa-
 tientis cruciatus assimilare; quos
 etiam, vbi Deo videretur, conti-
 nuos annis optabat pluribus ex-
 periri. Ind⁹ voces identid^m ex-
 ceptæ; *creasti totum me Deus;*
iube

iube
 vole
 LX

V
 cili
 con
 qua
 re, v
 vide
 Ro
 Cer
 aut
 ad
 ad
 In
 din
 mic
 Ant
 per
 so, v

VBALDINI. 127

iube iterum me toto fieri, quod
vales.

LX. *Ægritudo exteris pers
dolita.*

V T rescitum interea per vr-
bem fuit, Vbaldinum diffi-
cili morbo conflictari; multis
continuo argumentis apparuit,
quanta de adolescentis vel gene-
re, vel (quod veri mihi similis
videtur) indole, virtutisque apud
Romanos vigeret existimatio.
Certatim nobilissimi quique,
aut vjri principes, vel per se ipsi
adi re, vel suam vicem alios, qui
adirent, viserentque ablegarunt.
In his eminuit Franciscus Car-
dinalis Barberinus: cuius exi-
mios erga se fauores comp rit
Antonius ex Comite Garpegna
per illustri viro, ea de causa mis-
so, vt agro omnia ab humanis-

F 4

fimo

simo Principe prolixè pollice-
 retur. Ex osculatus hic propen-
 sam optimi Cardinalis volun-
 tatem; quicquid ad grates ha-
 bendas aut dici ab ægro; aut agi
 tunc oportebat, nihil prætermi-
 sit. Religiosi eòdem acciti, cum
 decumbentem officiosè salutas-
 sent, quæque ei esse consolando
 poterant, multa disseruissent, ita
 recesserunt, vt pro recuperanda
 eius sanitate, preces facturos se
 dicerent. Quibus ille grates qui-
 dem habere se respondit; ceterùm
 maiores habiturum, si precibus
 suis id operam dent, vt vtramuis
 in partem, pro Dei erga se vo-
 luntate, decernatur. At alios cir-
 cumstantium cùm fortè sensis-
 set curiosè magis aliqua, quam
 piè, loquitantes, facile interrumpit:
 monstrato non obscure fa-
 stidio:

fid
 huc
 nar
 feri
 fari.

I N
 m
 cor
 per
 nur
 feri
 fig
 tur
 neq
 nur
 ster
 illi
 fun
 ties
 tiur
 deo

scidio : & miratus esse, quos adhuc delectaret fabulas concinnare, dum oculis suis viderent seriam mortem in vicinia grafari.

LXI. *Mors nuntiata.*

I Nter hæc morbus remedio maior, spem opemque medicorum expugnat. Moniti super eò periculo præfides Vbalidinum adveniunt : capitis vitæque discrimen & mortis non ambigua signa, tristes indicant. Hortantur : maectè virtute esse pergat, neque hoc supremæ necessitatis nuntio: quo ceterum vulgus cõsterneretur, expauescat, esse hunc illi dolorum laborumque occasum, qui vitæ feliciori (iam quoties expetita?) præludat. Nuntium accepit Antonius vultu ad eò nihil turbato, vt ridenti ge-

stientique propior, mouerit admirationem. Post paullo ad eos, qui de morte nuncium attulerant; Ego verò & volens, inquit, libensque mortem hanc opto. neq; de vlla eius iniuria conqueror, nisi quod accidit incruenta. Quippe optaueram, aut ferro in ceruices vibrato occumbere, aut inter luctantes Iapporum flammis sanguinem vitæque pro eò certè Domino quem mei amor, in Crucem egit expirare. Ignaua mihi mors est, quæ se iubet in lectulo expectari. Inde partem, conspicatus, quo semper vsus ad eluendas animi labes fuerat; ô pater, inquit, ô animi mei, quem Christi sanguine toties irrigasti, moderator; quid agere pauper insistam, quo gratum ego me tandem

dem
bene
fine,
ne qu
huius
asse
hoc e
dam
dam
oper
quar

LXII

N
rent
Vba
insti
lerat
secre
mul

dem Deo dominóque meo, tot beneficijs affectus, ostendam? sine, dum restat aliquid mei, sine quicquid est vitæ animæque huius, vt opifici meo totum ex asse contradam; & quantulum hoc etiã, totum erit, quod tradam? Sed sine tu tamen vt tradam; méque hac summa in re, opera adhuc opéque suprema, quantum potest adiuta.

LXII. Ingrediendi Societatem desideria.

Non fugiebat Patrem, quo hæc ægri desideria verge- rent; siquidem haud ita nuper, Vbaldinus, diuersa religionum instituta scitáque inter se contu- lerat; & cui vni præcipuè se con- secraret, diu cum animo suo multúmque exputarat. Denique

in hanc sententiam ijt, vt si pluri-
 rium optio permetteretur, So-
 cietatem IESV, grauibus de caus-
 sis esset haud dubiè electurus. A-
 perit hoc suum consilium patri
 nescio cui. Sed is, qui Antonium
 sciret, cetera omnia huic disci-
 plinae idoneum; in litteris tamè
 eos progressus nondum fecisse,
 vt admitti confestim videretur
 posse; suadet vt quanto citissi-
 mè votis damnari velit; tanto
 impensissimè virtuti, bonisque
 litteris studere insistat; Incredi-
 bile, memoratu est quantum in
 hac voce ponderis, momentiq;
 fuerit. Nam exinde totis viribus
 ad studia incumbere, neque la-
 boribus vllis parcere Antonius,
 dum cupita celerrimè conseque-
 retur. Fastiq; prudentes rerum
 censores sunt; eum anni vnius
 spa-

spa-

spatio, facile duorum curricu-
lum confecisse: tantis illum cal-
caribus acer instituti fodiebat.
Sed neque his tamen compen-
dijs animum satiarat: eamque
ob rem offensus quantalacum-
que mora, cupiebat in isto Se-
minario Vestem, qua Societas
vtitur, indui; & forinsecus talis
iam agnosci, qualem animo se
ferebat. cum verò audisset. In
eiusmodi vestitu, iuuenem no-
bilem ceteris deridiculo fore;
respondit, vel eo se nomine au-
dius desiderare.

LXIII. Desideria audita.

E Nim verò, quod valens ille
vegetusque tam citò nequie-
rat, aeger ac propè moriens im-
petrauit. Quamuis autem inter-
prima statim morbi initia, vali-
dis precibus id ipsum egerit; Vi-
sum

sum tamen etiam tum, (quod nihil adhuc crederent subesse periculi) adolescentem differre, dum recuperato vigore, scholas legitimè, quas debebat, emitteretur. Sed rebus plùs nimio prosperantibus, maturanda consilia fuere; & mos adolescenti gerendus, vt vltima eius postulata ad Mutium Vitelleſcum, Societati vniuerſæ Præpoſitum Generalem deferrentur; Qui cùm eius ingenium morèſque dudum, & per ſe ipſe, & ex alijs, cognouiſſet; copiam ei fecit, vt inter Societatis tirones adlectus, veſtémque indutus, & votis tribus ex more ſuſceptis, in filium cooptaretur. Perſato ad ægrum hoc nuntio, quantis inceſſerit lætitijs teſtabuntur illi, qui præſentem & gaudio triumphantem,

con-

con
grat
Pat
ad r
cij
incu
LXI
D
locu
tur.
Euc
mè
trun
cete
ligi
mul
nun
per
bera
grat
gau

conspexere. Certè enim cùm gratias vberes, humanissimo Patri, per internuntios egisset; ad meditantiam obtenti beneficij magnitudinem totus deinde incubuit.

LXIV. In Societatem admissio.

Die postero, id est, nonis Quintilibus, valetudinarij locus, in sacelli speciem exornatur. ibi cùm allatam in Viaticū Eucharistiam ager religiosissime adorasset; circumstante Patrum corona, exorsus est ipse, ceteris altum silentibus, tria Religionis vota, ex societatis formula, verbis conceptis clarisque nuncupare: interiore affectu, per omnes corporis sensus exuberante: vt nemo adstantium gratulantiumq; se tenuerit, quin gaudio fluentibus oculis id specta-

etaculum prosequeretur. Tum
 votis rite signatis, Antonius ad
 caelestissimi ferculi nectar, in-
 census desiderijs ferebatur: quo
 postquam perfruitus est, nihil
 pensius duxit, quam assidua cū
 Christo colloquia ferere; eaque
 viuentibus lacrimis, & calenti-
 bus suspirijs condire: tum crucis
 imaginem arcto complexu ad-
 stringere, pressoque identidem
 osculo petere. At denique patri,
 cui confiteri de peccatis insue-
 rat: Et ego, quid rursus, inquit,
 Pater mi, quid dignum tot me-
 ritis tuis persoluam? Habe, qua-
 so te, etiam nunc curæ hanc ani-
 mam; neque hoc eam tempore,
 quod perpauxillum superest,
 abdica. Tum ego me polliceor,
 simul ad Dei mei conspectum
 peruenero, gratam tui memori-

am

am
 coll
 ipse
 pro
 Cæli
 bus
 eis q
 ricco

L

H

om
 pro
 mo
 sub
 mic
 nuc
 reti
 cep
 illo

am habiturum. At quæ verba,
collacrimantibus ceteris, in hoc
ipse Cygneum carmen lætus
prorupit. *Benedicamus Deum
Celi & terræ, & coram omni-
bus viuentibus confitebimur
eis quia fecit nobiscum mise-
ricordiam suam.*

*LXV. Ex vestitu Societatis
gaudium.*

HIs officijs piè defunctus, vio-
lenti precibus peruenit, ut
omni veste, quam ad id locorum
propriam seruarat, ex oculis a-
mota; tunicam sibi pauperem,
subuculamque è Societatis do-
micilio sufficerent; qua conti-
nuò, quamuis moribund⁹, vesti-
retur, gessere morem. At ille præ-
ceps irruere, manûque centones
illos & osculo prensare: nec
dein-

deindè, quoad superfuit, aut à corpore, aut certè ab oculis dimittere: atque aded, ne tunc etiam, cum ex morbi caloribus paulisper à se ipse diuertisset, pati, vt eos sibi quisquam eriperet. Certè subuculam, quæ tias sudore concepto mutanda erat, non alia lege deponere, quàm vt ad solem exficcata, confestim redderetur. Porro nouum lætitiæ sensum percipiebat, cùm secum ipse reputaret, inter Iesu commilitones, tironem allectum se se; & obedientiæ Sacramento iam auctoratum esse.

LXVI. Profectus ex votis.

Quæ cogitatio tantum in ipso pondus habuit, vt ex eodie, quicquid ei negat in fuisset, mox acquieuerit, etiam proutius

rius
fult
cien
tere
terg
non
eum
inte
se h
und
mo
set.
satis
etul
nuf
vnu
cub
fitu
vlt
sum
prio
acce

tius aliquanto, quàm olim: vbi
 ſoltem in rebus ſanctitatis ſpe-
 ciem præferentibus, ſi quis in-
 terceſſiſſet, inſtare ſe honeſtè, &
 tergiuerſari putabat poſſe. Huic
 non multò diſſimile fuit; quod
 eum vt Patrem aliquis viderat,
 inter ardores febriles, crebrò ſe
 ſe hac illac volutantem; experi-
 undi cauſſa admonuit; cogitaret
 modo, quàm perſonam induiſ-
 ſet. Tironem religionis hand
 ſatis decere, vt tam iniquies in le-
 ctulo vagetur. Ab eo momento
 nuſquam ager ſe verſauit; ſed
 vnum in latus ita conſtanter in-
 cubuit, vt horis tribus, corporis
 ſitum nihilo penitus immutarit;
 vltra etiam diſtaturus, ni reuer-
 ſum ex intervallo Patrem dicti
 prioris mitiorem interpretem
 accepſiſſet.

*LXVII. Exhortatio ad conui-
ctores.*

DVm in eo statu res erant, pe-
tiere pleriq; conuictorum,
vt intrò admissi supremum Va-
le Antonio suo dicerent. Hos il-
le conspicatus, omnes insolita
dicendi vi & copia, ad rerum
mortalium contemptiorem,
fugamque noxiæ voluptatis la-
boravit impellere. Cogitarent,
quàm breues illecebræ, quantis
per æternitatem ærumnis fo-
rent expiandæ? tum certissimæ
mortis incertas vices: alium in-
ter epulas luxumq; domûs rui-
na sepelijt; alium à ludo & iocis
ad libitinam socius traxit. mul-
tos in ipso flore iuuentæ; mul-
tos antè, latentis fabriculæ calor
extinxit; & aliquis spes longas
cen-

centu
ctis
post
ris et
anim
dein
omn
bulis
uitè
vt ci
opin
dem
rant
& ta
quid
quoc
ceren
uino
ri.

LX

H

centúmque añorum gaudia, no-
ctis vnius compendio finiuit :
postremò, vbi minimum timo-
ris est, plurimum est mortis. His
animæ dein' pericula ; his alia
deinde aliáque necebat : atque
omnia sacrarum litterarum ta-
bulis, Patrum testimonijs, gra-
uitè & appositè sic adstruebat ;
vt circumstantium multi in eam
opinionem venerint (quam qui-
dem & antè non vani concepe-
rant) illa tot argumenta, tótque
& tam eximiè dicta ab ægro
quidem adolescentulo dici, sed
quod eius captum pleraque vin-
cerent, à sanctissimi Spiritus di-
uino numine haud dubiè dicta-
ri.

*LXVIII. Colloquium cum
fratre.*

His adolescentibus commo-
dum

dum digressis ; germanus Vbal-
dini frater, natu maior, ingredi-
tur, tristis, & nouissimum à mo-
rituro solatium accepturus. Is
vbi plus aliquanto lacrimarum,
quàm verborum, profudit ; de-
nique fratrem rogauit, vti me-
mor, causam germani supersti-
tis, in caelo susciperet. Annuit
suauissimè Antonius ; sed eum
contra, graui vtilique oratione,
de mille periculis, quibus obie-
ctus in Principum aula viueret,
admonuit ; metuendum hinc
ataxis lubricæ flexum ; indè Si-
renum laqueos anxie cauendos
esse. Vtrique discrimini oportu-
num haberi asylum posse, si
semper & inferorum supplicia,
& beatorum præmia meditari
perseueraret. Lacrimis direm-
tū colloquiū est ; mox pietor clan-
culo

culo
ima
à fr
te,
mo

Æ

tren
duu
flux
rem
Chi
luct
toti
diat
tum
ex a
omi
nera
à Sa
clud

culo immissus, qui morientis imaginem furtim pingeret; atq; à fratre seu nolente, seu nesciente, id fratri superstiti referret monumentum.

LXIX. Vnctio extrema.

A Gritudine in dies horasque augente, procubuerit ad extremum vires, & quicquid residuum vitæ naturæque erat, defluxit. Properantur ergo vitima remedium: & Antonius ex Christiano ritu inungitur; ut in luctu fatali, cum hoste iam ante toties victo, supremum congregiatur. In eo apparatu, quantum corpori languoris, tantum ex animo robur suppetebat. Ad omnia æger per se, quæ conuenerat, respondere; piè ut quidq; à Sacerdote inchoabatur, concludere. Post repetito comple-

xu affectuque crucem Christi ambire; iterum oculis, iterum osculis admouere; neque pati, illam dein' è conspectu, quò quã abire: Deum interim, qui ex ea pependerit, precatus; ne animũ, quam è nihilo procreatum, sanguine suo mox etiam recreasset, ceu alienum abdicaret. Excipit fessum Seminarij Rector, suãque illi & reliquorum, qui præsentes aderant, causam, si celo potiatur, commendat. Cui suauiter ille, si vestris, inquit, opibus illuc euasero, (nam meis haud nimium confido) effecturum, quod iubebitis, ne dubitate; vos interea hanc omnem iniuriam meam, vobis imputabitis, si pares vestris officijs gratias, moriturus, non soluo. Tot enim tua Rectoris, tot vestra ceterorum,

rum,
si me
tum.

LX

A

t
ostent
cape
rent
intel
teri i
temp
med
dior
lupta
enti
diũ
crept
ualu
lijs, c
inter
tus,

rum, merita fuerunt, vt vniuersi me hodie mori cogatis ingratum.

LXX. *Quies in meditando.*

AB hoc colloquio fessus Antonius volenti sibi facturos, ostendit; si paullisper egressi, capere se quietis aliquid paterentur. At quietem ille non eam intelligebat, quam de sopore ceteri interpretabantur. Nam extemplo, vt solum esse se vidit, ad meditationem caelestium gaudiorum diuertit; atque illa voluptatemersus, sensum ab irruenti dolore immunem aliquandiu seruauit; donec appetente crepusculo, morbus pertinax inualuit; Quare Patrum alij ex alijs, deinceps subiere; qui partiri inter se vigilias, ad omnes euentus, praesto in statione essent;

G Horum

Horum aspectu leniri dolores suos arbitratus, noctem cum ijs totam, partim in diurnis laudibus, partim in votis piacularibus, exegit. Tum vt appareret, quid vsu recepta consuetudo, etiam vltimo tempore apud quæque posset: ipse ægrè iam animam trahens, desiderabat sibi concedi, vt quod vicens valensque sueuerat, colaphis liceret ora malàsque ad vlciscenda eius diei delicta percutere; vehementi, sed irritò voto: quod in ægro, cùm etiam negaretur, debuit laudari.

LXXI. Vicissitudo valetudinis.

Accidit deinde, vt pauca quedam liquoris guttæ (credo gargarizanti) per fauces illaberentur; Id animum ægri confestim angebat; quod meminisset, inter-

inter
haur
sus, p
adm
Pate
Ille
stud
uit,
cogi
hunc
auro
cùm
bus
exp
do p
iteru
ficer
rea p
se vi
tern
long
na, c

res
 n ijs
 di-
 ri-
 ret,
 eti-
 que-
 ani-
 sibi
 en-
 t o-
 eius
 nen-
 gro,
 euit
 inis.
 que-
 redo
 abe-
 onfe-
 islet,
 nter-

interdictum à medico, ne quid
 hauriret. Igitur factum confes-
 sus, percontatur; ea in re ecquid
 admissum peccati fuisset? iussit
 Pater otiosum ab eo metu esse.
 Ille statim quò suum parendi
 studium approbaret, sic acquie-
 uit, vt omnem eius rei curam
 cogitationemque excusserit. Ad
 hunc modum traducta ferè nox,
 auroræ diluculum expectabat:
 cum crebris interim mutationi-
 bus ager quatiebatur; propè vt
 exspirasse aliquando; aliquan-
 do præter spem valescere: atque
 iterum repentè inter manus de-
 ficere videretur: credo vt inte-
 rea pluribus exemplis ostentare
 se virtus posset; si mors lenta, al-
 ternis affiliens resiliensque in-
 longum, non tam sua certami-
 na, quam Antonij patientis spe-

etacula protraxisset. Neq; enim pars vlla temporis agrum interea videbat à pijs aut factis, aut dictis otiosum.

LXXII. *Obitus.*

AD diem quintum Idus Iulias hac Virtutum dolorumque palæstra tenuit. Ultra tendere doloribus vetitum: vt sua demum virtuti palma præmiâq; decernerentur. Nam sub horam diei nonam decimam, Antonius Maria VBALDINVS, cum Mariam prius matrem gratia, matrem misericordiae, à qua contra hostem protegeretur, enixissimè implorasset; contuit: ac sublatis in cælum oculis, velut indidem aut inuitaret hospites, aut illuc inuitari, se hospitem sentiret; tranquillo serenoque vultu inter plurimum Patrum

tru
tiur
mè
sti r
fim
B. V
sibi
dole
sept
vix
digi
rem

LX

A
les r
long
qui
ne, a
exc
orin

trum

VBALDINI. 149

trum iuuenúmque comprecan-
tium lacrimas, animam lenissi-
mè exhalauit: anno post Chri-
sti natalem Millesimo Sexcente-
fimo vndetrigesimo; mense, què
B. Virginis tutela insignem, ipse
sibi elegerat: ceterà, in flore a-
dolescentiæ; quippe qui annum
septimum decimum, mensibus
vix quatuor excefferit. Sæculo
digna indoles, nisi cælo dignio-
rem æternitas asseruisset.

LXXIII. Mortui veneratio.

AB hoc eius excessu, qui ani-
morum motus apud morta-
les multos extiterint, vel otioso
longum fit memorare. Fuere,
qui vel audito Vbaldini nomi-
ne, ad desitum pietatis feruorem
excitari se confiterentur. Aliqui
crinium pilos ab amisso sodali;

aliqui vnguium præsegmina fi-
 bi deponere : multi lacinias è
 veste rescindere ; multi annulos
 de cinguli ferro , aut nodos de
 flagello, quibus viuens in se sæ-
 uierat, surripere (quis enim po-
 puli studijs moderaretur?) alij
 aliud, quod quisque potuit, ab
 illo spoliū optare. Et iuuabit,
 cuiusdam ex Vbaldini necessa-
 rijs, postulata cognosse: qui pre-
 catus, vt commilitonis sui *spiri-*
tum nancisceretur, sensit haud
 multo pòst, insolitis caloribus
 ardere se se, & maiori quàm an-
 tè impetu ad cælestium rerum
 amores incitari. Neque hæc de
 Vbaldino iudicia, Seminarij li-
 mitibus circumscripta mox elã-
 guerunt; Sed multos vrbe tota,
 neque nullos per reliquum Ita-
 liæ, par opinio in virtutis admi-
 ratio-

rat
 du

E

et

po

ill

tes

tu

pr

&

Se

qu

no

ge

qu

po

st

co

o

co

VBALDINI. 151

rationem venerationemque ad-
duxit.

LXXIV. Exequiæ.

EX anime corpus, veste, quàm
tiro Societatis induerat, te-
ctum, inq; feretro decenter com-
positum, siml aulæ per amplæ
illatum est, subiere adolescen-
tes, nobili genere, amplius cen-
tum; atque officium defuncto
præstandum, priuatis exsequijs
& effusis lacrimis piè soluerunt.
Secutæ mox laudes, quas à se
quisque, iniustas, eoque veriores,
non parcè in Vbaldinum con-
gessere. Has excepit hortatio:
qua Seminarij Rector, dum cõ-
pertas virtutes, apud earum te-
stes oculatos prædicabat, tantos
conciuit animorum motus, vt
ordine deinceps omnes ad ia-
centem, ceu spiraret adhuc sen-

tirétque, accesserint, & ima pedum madentibus osculis contingerint. Qui apud exteros deinde, in sui contubernalis encomia vltro effusi, quid quisque in illo præclari viderint, quid memorabile obseruarint, ita narrarunt; vt cum eo extincta elataque esse multarum virtutum exempla quererentur. Sub eiusdem diei vesperum, curatum legitime funus: publiceque elatum ad S. Andreae, cuius modicum templum in Quirinali Monte visitur: atque ibi tironum Societatis Iesu humeris exceptum, sepulturae mandatur. Parentarunt ritu ibidem publico, immixti nostris tironibus, conuictores; quos nisi vestis discriminasset, dignoscere (eatum erat omnium modestia) non licuisset.

LXXV. Laudatio funebris.

ET cupierant quidem hi vehementer publicos honores Virtutis causâ deferre: eamque ob rem, tædis ardentibus, pompæque conspicua sodalem amissum prosequi; ni visum præfidi fuisset, postulata, iustis de causis, moderari. Certè tamen, quin domi ab ijs postea suus defuncto honos haberetur, inhiberi studia non potuere. Nam Seminarij aula lugubri peristromate, quanta quanta est, prætexta: & pictis circum parietibus elegidia, quæ suam morti sæuitiam exprobrarent, longo fuerunt ordine explicata. Luserunt multorum anagrammata; luxerunt poemata; certarunt epigrammata: aliæque calami lucubrationes,

confertim in Parcarum inuidiam laborarunt. Dixisses eos, nō adolescentulo sodali, sed communi omnium parenti; inferias dare; desperante modum affectu, dum paribus indicijs, seu animi sui dolorem, seu amorem Vbaldini frustra connituntur æquare. Denique ne quid ex funerum vulgarium more fieret; prodijt orator & pro suggesto ad frequentissimam concionē, de laudibus adolescentis, cum omnium approbatione perorauit. Quem secutus è vestigio est Poëta, vt, quamuis ligata pede; numerisque vincta oratio, in defuncti tamen elogia ore affectuq; libero effunderetur.

LXXVI. *Corpus exhumatum.*

Sed humato corpore, non etiam humari se passa est Vbal-
dini memoria. Etenim multis hæc mansit, etiam post obitum
cura, omnemque mouerunt la-
pidem, si quæ impetrarent, vt ob-
uiuentis merita, defuncta ossa
cineresque refoderentur; mox
decentius condenda. Quod cum
assiduè multi optassent, nullo
successu (quippe mos & decre-
ta verabant) fortè fortuna ca-
daver in suo tumulo, post octa-
uum deniq; mensem, integrum
adhuc, & illibatum à contagio,
reperere. Adiecta ei est lamina,
quæ sepulti adolescentis no-
men, & annum, diem-
que consignaret.

LXXVII. Corporis mensura.

ATas erat vt diximus, florida; statura pro annis, media. Vires, ni se ipsæ confecissent, robustæ; post autem præ quàm fractæ, & ante morbi vltimi tentamenta, iam defectæ. Corporis habitus gracilis, & cui esset abundè sanguinis; humoris melancholici haud nihil; color oris candidum inter fuscūmque anteps; pallore tamen & verecundia suffusus. Oculi ferè cæsi, sed grandes; par cilijs magnitudo; crines probè nigri. In ore grandiusculo labra subtilia: nasus breuior: exporrecta frons, & lata. Reliquum formæ aded illi neglectum in Vita fuit; vt ob obitu certè se ipso apparuerit venustior: formaque visa fit, à
mor-

morte plus prope beneficij, quã
iniuriã, retulisse.

LXXVIII. Epilogus ad Semi-
narij Rom. Conuictores.

HÆC habui, Iuuenes Nobi-
lissimi, quæ de V B A L D I-
N O mihi comperta, breui com-
mentario duxeram prodenda;
parua Lectori curioso, pleraque;
nec valdè peregrina : ceterum
imitaturis, hoc gratiora, quo
Miraculi speciem minus egressa.
Et talia nempe requirebam.
Nam si Gregorios mihi Thau-
maturgos argumentum sumfis-
sem; iuberem sanè Montes, suis
auulsos sedibus, ambulare; iu-
berem discordia fratrum Sta-
gns, in vnanimis repentè cam-
pos arefcere : neque Antonios
Magnos scripturus, Leone ca-
ruis.

158 VITA VBALD.

ruiſſem, qui homini morigerus,
terram foderet; pedesque aduo-
lutus, miſſionem rogaret. Nunc
ego, neque hos vobis, neque il-
los pollicitus, ANTONIVM
iuſſi, ſed veſtrum (id eſt paruum
adhuc, penesque puerum) pro-
dire. De quo, qui maiora, me-
raque ſperavit Miracula lectu-
rum ſeſe; imputet ſibi: nemo
iuſſit. Simul cogitet: pueris, ſi
paſſu minore Gigantem non
æquent, veniam dari: & in A-
ſtyanacte vel hoc magnum re-
putari, quod ab Hectore
ſuperetur.



IN.

I N D E X

R E R V M.

V Baldini genus.	I
Infantia.	2
Pueritia.	3
Pueritiæ studia.	4
Virtutis tirocinia.	5
Erga Eucharistiam amor.	6
In Ieiunijs rigor.	7
In verberibus feruor.	8
A foeminis horror.	9
Profectio Romana.	10
Digressio Lauretana.	11
Ad Seminarium aduentus.	12
In Seminarium ingressus.	13
Orandi Consilium.	14
Precandi studium.	15
Meditandi institutum.	16
Meditandi solatia.	17
Trium desideria rerum.	18
Repentina mæstitia,	19
Quæsitæ remedia.	20

<i>Reuersa solatia.</i>	21	Ve
<i>Abſtinentia.</i>	22	
<i>Cilicia, & Cingula.</i>	23	Ve
<i>Flagella.</i>	24	
<i>Animi interiora.</i>	25	Pr
<i>Iracundia domita.</i>	26	
<i>Mansuetudinis exempla.</i>	27	In
<i>Gloriæ cupiditas victa.</i>	28	De
<i>Laus extenuata.</i>	29	
<i>Peccati fuga.</i>	30	So
<i>Cum Dei voluntate coniun-</i> <i>ctio.</i>	31	sa
<i>Patiendi amor.</i>	32	
<i>ſtudium imitandi Chriſtū.</i>	33	Ei
<i>Volutatio in ſpinis.</i>	34	
<i>Distributio temporis.</i>	35	Ex
<i>Modus, & ratio colloquendi.</i>	36	Of
<i>Colloquendi materia.</i>	37	Gl
<i>Affectus erga Beatam Virgi-</i> <i>nem.</i>	38	La
<i>Affectus erga Sanctum Igna-</i> <i>tium.</i>	39	Pa
<i>Affectus erga Beatum Aloy-</i> <i>ſium.</i>	40	Ca
		St
		Le
		Mo

21	Veneratio diei Natalis B. Aloy-	
22	sij.	41
23	Veneratio Martyrum Iappo-	
24	nicæ.	42
25	Prudentia in querelis sopien-	
26	dis.	43
27	Industria in Socijs educēdis.	44
28	Dexteritas in Socijs perficien-	
29	dis.	45
30	Solertia in tironibus præoccu-	
n-	pandis.	46
31	Sagacitas in veteranis conci-	
32	liandis.	47
33	Eius contubernium, virtutis	
34	Gymnasium,	48
35	Exemplum imitati Socij.	49
36	Officiorū humilium amor.	50
37	Gloriæ fuga.	51
ri-	Laudis propriæ tædia.	52
38	Paupertatis amor.	53
a-	Castitas.	54
39	Studium parendi.	55
ty-	Legum observatio.	56
40	Morbi initia.	57

Medicina Caelo petita.	58
Patiendi noua desideria.	59
Aegritudo exteris perdolita.	60
Mors nuntiata.	61
Ingrediendi societatem desideria.	62
Desideria audita.	63
In societatem admissio.	64
Ex restituta societatis gaudiū	65
Profectus ex votis.	66
Exhortatio ad conuictores.	67
Colloquium cum fratre.	68
Vnctio extrema.	69
Quies in meditando.	70
Vicissitudo valetudinis.	71
Obitus.	72
Mortui veneratio.	73
Exequiæ.	74
Laudatio funebris.	75
Corpus exhumatum.	76
Corporis mensura.	77
Epilogus ad Seminarij Rom. Conuictores.	78

FINIS.

58 *MVTIVS VITELLESCVS*
59 *Societatis Iesu Præposi-*
60 *tus Generalis.*

61 *C*Um Vbaldinum, siue de Vi-
62 ta & indole Antonij Mariæ
63 Vbaldini Breuiarium, P. Ia-
64 cobi Bidermani nostræ So-
65 cietatis; tres eiusdem Societa-
66 tis, quibus id cōmissum fuit,
67 recognouerint, & in lucem
68 edi posse probauerint; facul-
69 tatem concedimus, vt typis
70 mandetur, si ità Reuerendis.
71 D. Vicegerenti, & Reueren-
72 dis. P. Magistro Sacri Palatij
73 videbitur. In quorum fidem
74 has litteras, manu nostra sub-
75 scriptas, & sigillo nostro mu-
76 nitas dedimus. Romæ 6. Iu-
77 nij 1633.

Mutius Vitellescus.

78
Ima

Imprimatur, Si videbitur Reue-
rendis. P. Mag. Sacri Palatii
Apost.

A Torniellus Vicesg.

Imprimatur, Fr. Nicolaus Ric-
cardius Sacri Palatii Apost.
Mag. Ord. Præd.

*Hæc tamen omnia, nullum vl-
li decreto præiudicium fa-
ciunto: Neque ad sanctita-
tis aut miraculi opinionẽ,
sed ad solius historie fidem
valento.*

F I N I S.

NOBILITATE ET
DOCTRINA CLARIS-
SIMO VIRO MAGNIFICO
DOMINO

IOANNI CASPARO
HELBLING

MEDICINÆ DOCTO-
RI CELEBERRIMO &c.

Alma

VNIVERSITATIS FRI-
BURGO - BRISGOIÆ
Rectori dignissimo

Domino Patrono suo pluri-
mum obseruando.

V Baldinum, Montea Co-
mitem, quem olim in-
ter lacrimas Romæ
sanctè morientem vidit, de-

(2)

nuo

nuo, Tibi, M. D. Rector redi-
uiuum sisto, eâ vitâ, & a-
nimâ, quam prælum dedit, &
typus: non equidem arte tua
medica, quâ sæpius non vni
languentiū, velut alter Me-
dicorum Aesculapius, denuð
inspirasti spiraculum vitæ,
qui, superstites plurimi post-
quam in longiorem vitam se
à Te animatos vident, emi-
rantur, & perpetuum arte
tuâ Te dicunt Magnificum;
Germania, quâ latè patet,
imò Cesaris aula ipsa vt (a-
liorum Principum taceam)
non semel Friburgo, & pa-
trie nostræ inuidit Orphæum
illum,

illu
no
ma
ra
vni
te
qu
or
is
gn
hu
ad
ce
ni
cip
&
uit

illum, qui herbis, non, lyrâ
non vnâ Eurydicem, ani-
mam, ad vmbas iam prope-
rantem ab Orco & mortis
vibrâ reuocâset.

At verò, vt coram T. M.
temerè comparere audeat,
quantillus hic liber est? fate-
or id ego, enimverò oppidò
is paruus est, nec mole ma-
gnus; qui cùm in teneris ad-
huc filiorum tuorum animis
adolescere possit, & excres-
cere (audiui enim, quàm be-
nignè virtutis sementem re-
cipiat eorum indoles bona,
& optima spei) nolim par-
uitatem libelli multis excu-

(3)

sa-

fatam. Accedit præterea,
quòd fronti illum præfiga-
mus titulum, quo nihil au-
dit humile, sed omnia ma-
gnifiunt, & magnifica. Ut
quamplurimi benè viuant,
valeant, annent; Tibi M D.
Rector benè sit, Deus Te so-
spitet, Tu valeas, benè uiuas,
annes, perennes.

Magnificæ Domina-
tionis Vestræ.


Seruorum postremus


Io: Michaël Speckner.


a,
a-
u-
a-
vt
t,
D.
fo-
as,

us

ner.











Th

2536